litudo, quantumcunque modica, alleg. no. in c. fi. de ex-
cess. præla. & no. istum tex. in ver. nimiam similitudinẽ.
Secundo fallit, quando diuisione aliqua posset iuuari.
Allegat cap. literas, de rest. spol. Tertio fallit ꝓp diffici-
lem separationem, vt si clausula aliqua separaretur ab
aliis connexis totus intellectus confunderetur. Allegat
l. 1. C. de no. C. compo. & l. 2. §. si quis autem, C. de ve. iu.
enu. Quarto fallit, quando repetitur vt aliquid addatur
vel declaretur. Allegat c. super quæstionum, iuncto ca.
cum te, de offic. dele. Quinto fallit, quando idem poni-
tur in diuersis titulis propter diuersum respectum. Alle
gat cap. significantibus, de lib. ob. & c. significantibus, de
app. in 6. Sexto fallit vltra Do. vt per Io. Anto. in c. no-
bis, in princip. de iu. patr. dum ponit, quare principia ca
pitulorum in hoc libro non resecantur, quia fuit, ne cõ
funderentur illi, qui tunc studuerant priores compilla
tiones: sicut hodie esset confusio, si mutata hac compi
latione mutarentur principia nobis nota secundum ip
sum. ¶ Et istæ fallentiæ sunt notabiles secundum Do.
quia per ipsas possunt saluari positiones & articuli, si đ
nouo fierent in iudicio, vt non obstante prima positio
ne his respectibus possunt aliæ fieri secundum eũ, qui
hoc no. Et adde, quæ aliàs dixi in ca. licet causam, infra
de prob. dum tetigi, quòd post terminum ad probandũ
potest probatio prima declarari. Et quando simile dica
tur idem, dicetur in c. capitulum, de resc. Et de argumẽ
to à simili dicetur post do. Abb. in c. translato, ĵ. de con
sti. ¶ Vltimo ad hoc proœmium iunge, quod no. Ioan.
And. post Vin. in cap. j. in fi. de pur. Canon. vbi dicit, ꝙ
resecata non passim in iudicijs alleganda sunt.

De summa Trinitate & fide Catholica.

TITVLVS I.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri potest quis non solum ea, de quibus habet veram scientiam, sed etiam, quæ firmiter credit.*
2 *Opinio vehemens an habeatur pro scientia.*
3 *Deus tribuit legẽ humano generi per Moysen & alios prophetas.*
4 *Legere quando quis potest per alium, quæ debent concurrere. Necessitas, vel morbus excusat ab eo, quod quis agere debet. Post nu. 4. ver. & aduerte.*
5 *Ecclesia vniuersalis est unica, & an errare possit.*
6 *Claues ecclesiæ sunt duæ: una est potestatis, altera scientię.*

CAPITVLVM I.

FIrmiter. Loco summarij diuiditur ꝑ
Doc.cum quibus in materia
ita tacite transeo, quia sine perfecta Theo
logia expediri non potest. Ipsam itaque
merito etiam omittunt Dom. & Im. hic,
nolentes ponere falcem in alienam messem. Sed inci-
denter extra materiam refero aliqua dicta aliorum, q-
1 bus est addendum. Et primo no. secundum dom. Abb.
ibi, simpliciter confitemur, quod † quis potest confiteri
non solum ea, de quibus habet veram scientiam & co-
gnitionem, sed etiam, quæ firmiter credit. Sicut etiam
patet in positionibus, ad quas quis respõdet per uerbũ,
Credit, ut in c. 2. de confes. in 6. & quod ibi no. per glos.
& in c.cum causam. de iu. cal. in l. 2. C. eo. per Innocen.
in ca. ex literis. de iureiu. & in d. ca. cum causam. v-
bi dicit, ꝙ interrogatus de veritate potest respõdere de
his, in quibus habet indubitatam credulitatem. Et ita
residet dom. Ab. Adde Bal. in l. filium. ff. de his qui sunt
sui, uel alie. iu. vbi dicit, ꝙ si testis dicit, scio pro certo
talem esse filium talis, non loquitur incongrue, sed in-
telligitur de ea certitudine, quæ haberi põt, quia pro cer
to sciri non põt, ut ibi. Et dicit Dom. in c. de capitulis,
per illum tex. x. dist. ꝙ quis dr̃ pro certo scire, qñ est cer-
tificatus ab uno fide digno. Allegat ẽt c. sicut pro certo.
de simo. & Arch. in c. in domo. de pęni. dist. 4. facit glo.
in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. de qua dicetur ĩ
c. cum contingat. de rescr. & pro dicto Dom. est bonus
tex. in c. j. j̃. de scrut. & ibi do. Ant. circa prin. & do. Ant.
ĩ c. quoties. de test. & in c. inquisitionem, de elec. & in c.
ex literis, & in c. fi. de iureiu. & Arch. & Io. de Fantu. in
c. testes. 3. q. 6. & Imo. in l. in repudianda, ff. de acqui. hær.
& Pau. de Cast. in l. si posthumus. §. fi. per illum tex. in
ver. quem scio. ff. de li. & posth. Allegat ẽt tex. in l. si qs
ita. §. pe. ibi, & si certior factus. ff de test. tute. & dixit Do.
post Arch. in c. beati 2. q. 7. ꝙ ẽt cum iuramento potest
quis assertiue dicere id, quod non uidit, sed tenet ꝓ in-
dubitato, & allegat ẽt tex. in c. Iulianus. 11. q. 3. & Inn. in
2 dic. c. cum causam. Et † adde gl. notabilem in l. si quis
extraneus. §. sciẽdum. ff. de acq. hær. q̃ sentit, ꝙ vehemẽs
op. consona veritati idem operat̃, qđ certitudo, & ibi de
ea exclamat Bal. dicens, ꝙ multa sunt, de quibus nõ põt
haberi uera certitudo. Tñ vehemens op. iuncta cum ve
ritate idem operatur, qđ certitudo, & sunt uerba Oldr.
in d. §. sciendum. Ex quibus fecit Pe. de Anc. stupendũ
ꝯsilium cons. 366. inc. Viso diligenter puncto, determi-
nans ꝙ in substituto, casu ꝙ masculus non nascat̃, põt
haberi ista conditio pro impleta ẽt ante partum, si ex
uehementi ꝯiectura fetus femineus sit in utero, & po-
stea hoc apparet ex partu, quia præcedens op. uerisimi-
lis attentis pluribus, de quib ibi iũcta ueritate postea de
tecta, facit illam opinionem haberi ꝓ certitudine. Vñ
dictus substitutus trãsmittet hr̃ditatẽ, ẽt si eã adierit an
te partũ, & idẽ ipse ꝯsuluit ꝯs. 385. inc. Visis diligenter,
allegando ẽt Inn. in d. c. cum causam. Item ꝙ uehemẽs
op. habeatur pro sciẽtia, uide gl. in l. 2. §. pe. in uer. sciãt.
ff. de aqua pl. arc. & in l. si duos. §. pe. uer. scire. ff. uti pos.
& sentit gl. in l. si liberi. ff. de pec. & gl. notabilis in l. si pa
terfamilias, in uer. scit. ff. de hær. inst. Et illam notant ibi
Bal. & Imo. & Bar. in l. qui bona §. qui alieno, ff. de dam.
infec. & dom. Ant. & dom. Ab. & Imo. in d. c. cum cãm,
& ibi subtiliter per Bal. Et faciunt ista ad q. Et cons. 23.
inci. Titius electus in p̃latum. & cõs. 265. inc. Dñe Ale.
de eo, qui iurat se non credere, & postea conuincitur de
ꝯ̃rio, utrum dicatur periurus, quasi assertiue falsum as-
seruerit. Et de hoc, qñ rñdens per verbum, Credo, obli-
getur, quantum respõdens per verbum, Scio, uel Ita est,
remitto pro nunc ad do. Abb. in d. c. cũ cãm. de iu. cal.
& Bal. in l. 2. C. eo. ti. & Pe. de Anch. in c. 2. eo. ti. in 6. &
Ioan. de Ana. in c. 1. de deli. pue. & Bal. in l. fi. C. arb. tut.
& do. Abb. in c. unico. de li. contest. & glos. in ver. crede-
rem. in c. cum ad sedem. de rest. spo. & Bar. in l. 1. de in-
terro. ac. & Bal. in l. 3. C. quib. ad liber. procla. nõ licet,
& in l. 2. §. quod obseruari. p̃alle. & Do. in c. 1. de confes.
in 6. & dom. Abb. in c. at si clerici. in prin. de iudi. & Io.
de Ana. in c. cum oporteat. de accu. Et Dom. in c. fi. de
iureiu. in 6. uer. sed nunquid. & Bal. in l. data opera. C. q
accus. Et expone istum tex. in uer. simpliciter, id est sine
ambiguitate, uel obscuritate, ſm Lud. in l. j §. si quis sim
pliciter. ff. de ver. obl. ubi allegat istum tex. deinde tra-
ctat de aliis diuersis significationibus huius uerbi, repu-
tans istam vtilem inuestigationem ꝑꝑ statuta, q̃ dñt, vt
positionib. rñdeat̃ simpl̃r, de quo ibi ꝑ eum referẽtem
Bar. ibi, & Bal. in l. j. C. de ædi. ac. & postea ibidem Lud.
aliter loquit̃. Et hoc facit ad ꝯmissiones rescriptorum
dicentes, Procedas simpliciter: de quo uerbo ponit etiã
Bar. in l. de ætate. §. qđ aũt. & §. nihil. ff. de interro. ac. &
in l. j. §. si accusatus. ff. ad Turp. per Bal. in l. manifestissi-
mi. C. de fur. & in l. Gallus. §. 1. ff. de li. & post. & in l. fi. C.
de dotis promis. & in l. iubemus. C. de ap. & in c. super li
teris. j̃. de rescrip. per Bar. in l. bona fides. in prin. ff. depo
si. & in l. ædem. C. lo ꝑ dom Ab. post Ant. in d. c. cum di
lectis, j̃. de iu. per do. An. in c. ex parte. el j. de offi. dele. ꝑ
gl. 1. in c. ei, cui. de p̃b. in 6. per gl. in ver. simpliciter. in c.
is, q. de elec. ꝑ gl. Bal. & do. Car. in c. pe. de of. dele. ꝑ Im.
in cle. sæpe, de ver. sign. ꝑ Bar. & alios in l. j. in prin. per il
lum tex. ff. de vul. & pup. & Bal. in l. intestato. C. de suis
3 & le. Scđo no. in ver. & sancta, ꝙ † Deus tribuit legem
a generi humano ꝑ Moysen, a & alios
prophetas. Ex quo colligit̃, ꝙ licet qs
possit ꝑ alium docere, non põt tñ per
aliũ discere: per qđ arguit hic Gof. &
sequitur Ioannes And. dom. Ant. &
do. Abb. ꝯ̃ nobiles & delicatos mittentes repetitores ad
scholas, ipsi vero iacent in lecto. Sunt. n. q̃dam, q̃ sic re-
quirunt operam ꝑsonalẽ, ꝙ ꝑ alios expediri nõ pñt, l. in-
ter artifices. ff. de sol. & c. fi. de of. dele. Per q̃ iura & simi-
lia late disputat Io. An. in regula, qui per aliũ. in Merc.
4 Vtrum † doctor possit legere ꝑ substitutũ, inuitis illis, q
bus operas suas locauit? In quo do. Ab. transit cũ Bar. in
l. nemo. ff. de duob. reis. ubi dicit, ꝙ si doctor erat solitus
sæpe substituere ex cã, vr̃ tacite actũ, ut possit substitue-
re ex cã, & sic ꝯ̃ctus recipiat interpretationem ex cond.
ꝑsonæ, qđ no. ſm ipsum, q pro hoc allegat. l. excepto. C.
lo. Et subdit idẽ esse, si erat ꝯsuetudo in studio, vt qs pos
sit aliũ substituere, qa hoc vr̃ tacite actũ, arg. l. ꝙ si nolit.
§ qa assidua. ff. de ædi. edic. quod ẽt no. ut consueta intel
ligantur apposita in ꝯ̃ctibus. Facit l. cum quid. ff. si cer.
pet. cum aliis alleg. per eum hic, & in c. cum M. vbi de
hoc dicetur, j̃. de constit. His vero cessantibus tenet, ꝙ
non possit per alium legere, nisi æque bonum, & si in ꝯ̃-
ctu hoc actum fuerit, per d. l. inter artifices. Magna tñ
est differentia inter doctores: Nam si vnus habet eandẽ
peritiam respectu disciplinę, forte non habet peritiam
docendi, & ipsam disciplinã tradendi, secundũ ipsum
post dom. Anto. hic. Adde, ꝙ non possit, Bald. in l. fi. ff.
de excusa. tu. vbi dicit per illum tex. in ver. per seipsum,
ꝙ ad

a Per Moysen. *Adde, prout habes Exo. xxxiiij. & xxxv.*

quòd ad hoc, vt doctor habeat salarium, debet legere per se, & non per substitutũ. Allegat ẽt glos.in l.j. C.de mancipijs & colo. lib.11. Et idem dicit Bal.& Salic.in l.j.§. vt aũt. C.de cadu. tollen. per illũ tex. per quẽ etiã ita disputãdo tenuit Bart.Brixien. & refert Ioã. And.in d.regula, ꝙ per aliũ. Idem Petr. de Anc.in d.c.is, cui.de offi.deleg.in 6.& in c. extirpandæ.§. qui verò. de præb. & glos.pen.in l.quisquis.la j.C. de episc. & cleri. & Spe. in tit.de sala.§.vtrũ.ver. qd si doctor. & sentit ipse in simili in tit.de causa poss.& propri.§.j.ver. quid si promisit. Et simile de vasallo in seruiendo dño ponit glos. in c.latorẽ.33.q.2.& Bal.in d.l.quisquis.la j. Hæc autẽ cõclusio limitat̃ in dictis locis, vt non procedat, qñ cõsuetudo aliter se haberet, vt ẽt per Bart. & Imo. in d.l.nemo.& facit, quod no.do.Card.in clem.j.in 14.q.de offi. vic.de qua fiet mentio in c. cùm oẽs.super glos.in fi.j̃.đ const. Itẽ non procedit dicta conclusio, qñ legeret per substitutũ de cõsensu eorum, quorũ interest, ẜm dom, Card.in cap.fi de offic.deleg. Itẽ, si subesset infirmitas, vel necessitas, ẜm Bal.in d.l.fi.ff.de exc.tu. arg.l.si potuerit.ff.de manumis.test. Et aduerte: quia illis casibus, q̃bus quis põt legere per alium, vr̃ necessarium, ꝙ alia ꝯcurrant: putà, ꝙ legat per doctorẽ, non per scholarem, ꝑp notabilem doctrinã Bal.in l.parabolani.C. de episc. & cleric.vbi ex illo tex.aureo latè colligit, ꝙ qui nõ est ad electionẽ idoneus à principio, nõ põt per alium subrogari: & reprobat iudices electos ad officia non cõpetentia ciuibus, qui in absentia substituunt ciues, vt ibi ꝑ eũ. Vnde si forensis ex statuto non posset regere cathedram matutinam, prout Bononiæ seruatur, nõ poterit doctor illam regens substituere forensem, per hanc doctrinã. Itẽ requirit̃, ꝙ necessitas, q̃ facit doctorem legere per alium, sit talis, q̃ causet impossibilitatem: & non sufficeret, si causaret solã difficultatẽ, vt decidit Spe.in dicto ver.quid si doctor. quia in obligationibus voluntarijs, quibus quis nemine se cogente subijcit, sola difficultas non immutat obligationẽ. Alleg.l. continuus.§. cùm ita.ff.de ver.oblig. Et ideo consuluit Spe. in tit. de sta. mo. §.j.ver.29 ꝙ doctor legens si proponat ingredi religionẽ, prius finiat conductam suam, allegando Hostien.de oblig.ad ratioci.§.quis obligatus, vers. quid de illo. Itẽ requirit̃, ꝙ substituat æquè peritũ, ẜm Bart.in d. l.j.§.ne aũt.C.de cad. tollen. & in d.l.nemo.& do. Abb. hìc. Ex quo sequit̃, ꝙ difficile foret inuenire substitutũ doctori singulari. Et idẽ de solenni scriptore dixit Bal. in l.si hi.C.loca. Et pro eo, qđ suprà dr̃, neminem posse per aliũ addiscere, facit qđ dr̃ de actibus concernentibus indiuiduã cõplexionẽ: quia per alium expediri non possunt, vt de adulterio dixit glos.in l.sciãt. in ver. alio. de elect in 6.& l.j.§.sed & si cùm quis. in vers. per hanc ff.de vi & vi ar & do. Abb.in c. mulieres, de senten.excom.& Io.And.in regula, rati. in Merc.& Arc.in c.oẽs. 16.q.7.cum si. Cõmittit̃ in mandato, quò ad effectus ciuiles, vt per Dom in d.c.sciant.& Bar.in l.non ideo, in 11.q.de accus.& Bart.in d.§.sed & si. cũ concor. Tertiò
5 no. in ver.vna vero. ꝙ † vnica est ecclesia vniuersalis. Et de ista dr̃, ꝙ errare non potest, c. loquitur. & c. arrepta.24.q.1.ẜm Doc.hìc. Quibus adde Dom. in c.decretum.19.distinct.vbi dicit, ꝙ hoc non intelligit̃ de Papa, quia errare põt, vt ibi. Idẽ dicit post Hugo. ꝙ Papa cum Cardinalibus adhuc in tm̃ errare non põt, licèt aliqui errent. Et adde, ꝙ istud, Etiam errare non potest, intelligitur, scilicet in fide, seu articulis fidei: nã pro hoc orauit Christus ad pr̃em ibi, Ego pro te oraui, Petre, vt nõ deficiat fides tua. In aliis aũt ecclesia vniuersalis benè põt errare: quia eadẽ ratio est in ecclesia vniuersaliter repræsentata à toto concilio, q̃ est in ecclesia particulari. Posset enĩ ecclesia vniuersalis errare excõmunicando fortè illum, qui non erat excõicãdus ex aliqua causa latenti, iuxta c.inquisitioni.de senten. excom. Et declarat do. Abb.in c.à nobis.el j.in princ.eod. tit. Exponens ẽt illud, qđ dr̃, iudicium ecclesiæ debere se conformare iudicio Dei, c. vt nostrum, vt eccles. benefi. quia intelligitur, in quantum possibile est, aliàs nõ. Vnde in occultis errare põt, & sic non conformare se Deo, qui solus nouit secreta, c.erubescãt.32. dist. & dic.c. vt nostrum.ẜm eum. Et ista faciunt ad q. vtrùm ecclesia possit errare in canonizatione sanctorũ,
b b quam tetigi in c. venerabili.j̃.de testib. referendo Cardinalem sancti Sixti in tractatu de potestate Papæ, q. 41. vltimo no.ibi, ẜm claues ecclesię.
6 ꝙ † duę sunt claues ecclesiæ. Et dicũt Doc.ꝙ vna est potestatis, altera verò scientiæ: quia habens exercitium clauis debet esse discrẽtus. Alii dicunt, ꝙ vnica est clauis, scilicet potestatis: sed requiritur alia clauis ad exercitium. Pro hoc c.tanta j̃.de exces.præla. vbi de claue fit mentio in singulari. Alii dicũt, ꝙ vna est clauis in foro contentioso, alia in pœnitẽtiali: de quo per gl.20.dist.in princ. & 21. dist.§.1. ẜm do.Abb.Adde Dom. 20.dis. in summa, & Pet.de Anch.in regula, peccatũ, in 5.q.de re.iur.in 6. per Cal. in repet.cap. nostra. de pœn.& remis.per Bal.in l.fi.in fi.C.si à non compe. iud. per Hos.in sum.de pœn, & remis. §.1. per do. Abb.post gl.1 in d.c. tanta. & in d.c.licèt. de elec. latissimè per omnes in 4.senten tiarum, dist.19. maximè per Richar. ponentem 30.q. Et aliquid dixi aliàs in quodam tractatu meo, De indulgentia plenaria.

b Sanctorum. *Quæ autem requirantur in Canonizatione sanctorũ: dic secundum Inno.ĩ c. audiuimus, infra de reliq. & ve san. quod regulariter requirũtur probationes de fide & excellentia vitę, & miraculis eius: de testi. venerabili fratri nostro. Et adde; ꝙ canonizatio sanctorum, secundùm Inn. vbi supra, est canonicè & regulariter statuere, quòd aliquis honoretur pro sancto: putà, quod fiat officiũ pro eo solenne, sicut pro alijs sanctis, qui sunt eiusdem conditionis: vt si confessor, fiat officium cõfessorum: si martyr, martyrum. Sed quid si quis non dicit sanctum, qui est: vel dicens esse, qui non est, an peccet? Dic, quòd sic quia abominabilis est Deo, et Christum violat, vt per Specu. in tit. de fer.§.1.versicu. solennes. Sed nũquid fundenda sit oratio ad non sanctũ? Dic, quòd sic, secũdum Inn. loco alle. sicut ad aliquẽ virum, qui creditur bonus, vt pro se intercedat ad Deũ: quia Deus fidem illorum attendẽs, etiamsi ille non est bonus, preces eorum acceptaret, argumen. 32. distinct. §. verum. 15.q.vlt.c.fi. Non tamen licet de eo facere officium solenne, vel preces solennes. Sed nunquid possit alius, quàm Papa, canonizare? Dic, quòd nõ, prout per Inn. loco allegato.*

De constitutionibus.

TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Gesta ardua per Papam sine cardinalibus non obligant successorem, quia debet eorũ consensum requirere.*
3 *Scriptura an sit de essentia legis. & nu.4.*
5 *Scriptura an sit đ essẽtia gratię Apostolicę.*
6 *Fiat, quod ponitur à Papa in supplicationibus, intelligitur s.pro tũc, et nõ ĩ futurum.*
7 *Constitutio an debeat scribi secundùm idioma legislatoris, an secundùm idioma locorum, ad quos dirigitur, si non est idem idioma. Adde num.8.*
9 *Ius vnde ortum habuit.*

¶Præsuppositis aliis, q̃ circa præludia istius Rubricæ tangunt hìc Doc.ꝑsertim do.Ant.& Imo.cõsiderãdũ est, in
1 quãtũ ꝑ expositores dr̃, ꝙ†cõstitutio dicta ẽ, quasi simul statuitio: qa Papa solus nõ põt condere legem, maximè in arduis, in quibus tenetur requirere dños Cardinales, ꝑ c. ꝑ venerabilẽ.§. rationibus.q filii sint legi.no Ioã. Mona.in c.super eo.de hære.in 6.& Bal.in l.cùm multa.C.de bo. quæ li.& Ioan. de Lig ĩ tractatu, De bello, & do.Car. ĩ repet.c.perpẽdimus. de sent. exc. Et iõ dũ gl.3.dis.in summa, appellat epistolã decretalẽ, quam Papa facit sine Cardinalib', intelligitur in mã nõ ardua, ẜm Mod.hìc. ¶Adde elegãs consiliũ do.Car.138.incipiẽs, Ad quẽdã ĩ
2 carcere. Vbi dicit, ꝙ†ardua gesta ꝑ Papã sine cardinalibus nõ obligãt successorẽ: qa dẽt eorũ ꝯsensũ requirere. Vnde

Vñ reuocatę fuerunt collationes Celestini factæ ab eo solo. Allegat Io.Mon.in d.c.super eo. Idem tenet dom. Car.& Imo.in c.ex gestis,de cle.non resi.& do.Ab.in c. q̃siuit.de his,q̃ fiunt à maio. par.ca. & in disputatione, inc.ep̃s & quidam rector Parmensis,& in c.1.in fi.de of fi.le.& in c.literas,de restitu.spo.& in d.c. per venerabilem,& Pet.de Monte in sua monarchia,& do.Ant.post Hostien.in c.requisisti.de testa.& Io.And.in c.antiqua, de priu.& ibi dñs Ant.in 1.q.dom.Card.in ca.petitio,de hom.& ibi Ana.& Arch.in c.sunt quidam.xxv. q. 1 & in ca.cum redemptor.12.q.2.& in c.Adrianus.lo secon do,lxiij.dist.& Do.in ca.1. in notabilibus,de renun.in 6. & Bal.in l.fi.in ver.& ideo Vrbanus.C.de diuer. rescr.& do.Car.cons.150..inci. Quæsitum fuit sæpe à me. Et faciunt iura,in q̃bus Papa dicit De fratrū nostrorum ꝯsilio & assensu,vt in c.ad Apostolicæ.de re iudicata,in vj. & in c.1.de scisma.eodem li.cum aliis,quorū adunātia nihil importaret.Et multa accumulauit Io.An. in alio ꝓposito,in rł'a,nullus ex ꝯsilio,de regul.iu.in 6. in Mercurial.Sed ꝙ imo Papa possit ardua expedire solus,& actus teneat, & per ꝯñs constitutio melius dicatur cõis statuitio,non aūt simul statuitio,ꝓbatur rõne, quia illa non dr̃ potestas libera, ad cuius exercitium alius requiritur,vt probat glo. vulgata in cle. dudum,in ver.libere,de sepul.No.Io.And.in c.licet,de præ.in 6. Sed Papa habet potestatem liberam : ergo non tenetur aliū req̃rere.Et ꝙ sit libera,patet ꝑ cle.2.vt li. pē.& c.2.de præb. in 6.c.significasti, ad fi.de elec.& tex.optimus in c.cuncta.in ver.sine ulla synodo.9.q.3. Et ideo dr̃, ꝙ soli Petro datæ sunt claues,per illa uerba,quodcũque, &c.24. q. 1. ca. quodcunque . ad idem,quod scribit August. de Anch.ordinis Eremitarum,in trac. de potestate ecclesiastica. & refert ArchiepiscopusFlorentinus in 2.parte tertiæ partis suæ Summæ, sub rubrica, de potestate Papæ, ubi probat, ꝙ Papa ĩ canonizatione sanctorum nõ tenet̃ de necessitate requirere ꝯsilium Cardinalium,q̃a Cardinales non assistunt Papæ ꝑ modū determinationis,seu limitationis,sed magis ministerij & ꝯsilij, s̃m eū. Pro quo facit, q̃a cum ecclesia militãns sit exẽplata ad instar triūphantis,s̃m glo.in ver.ecclesiæ.in clement. 1. de hær.rationabile est,quòd sicut ĩ illa est unicus Deus, cui omnia obediūt,ita in ista sit unicus uicarius,qui oĩa concessa solus possit. Ad idem quod no.Io.And. in c.sane.de conuer.coniu.ubi dicit,quòd solus Papa creat cardinales,& sequitur ibi dom. Ant.sentientes,ꝙ non tenetur eos requirere de necessitate in creatione cardinalium.Ad idem tex.optimus in c. fundamēta.§.decet.de elec.in 6.& ibi glo.in ver.contingeret.quę dicit, ꝙ non compellitur consulere fratres.Et idem glo.1.in c.ad Apostolicæ.de re iu.in 6.& ibi Dom.& glo. noua in extra uaganti Benedicti.XII.uas electionis,super ver.cons.& plenior in extrauagãti Clemẽtis V I. unigenitus. super ver.cons.dicentes,Ioan.Mod.ideo aliter dixisse in d. c. super eo.quia cum esset Cardinalis, prompte sustentabat partes collegij Cardinalium.ideo suspectus,& ipsemet in sua glo. Extrauagantis Bonifacij VIII. excommunicamus,super ver.clericos, retractat certam suam opinionem,quam in prærogatiuam Cardinalium alias tenuerat in simili,in c. 1.de scisma . in 6. dicens, forsan mihi non credendum,quia pro me dixi, & sic videt̃ ista opinio communis,quam tenet Ioan.de Ana.in c.firmissime.de hær.& dom.Abb.in d.c.ex gestis, & Dom. in d. c. super eo.dicens idem de imperatore quo ad suos barones,& alleg.Hug.in c.in istis.§.leges.4.dist. Bene facit glo.1.in c.in istis.4.dist.& glo.2.in c. Anastasius. 19. dist. & glo.in ver. Cornelia.in c.quodcunque.24.q.1.& in ca. legimus.in ver.maior.94.distin.& glo.fi.in c.nemo 9.q. 4.In quibus habetur,ꝙ dictum Papæ præualet dicto cõcilij a: quod ampliare videtur domi. Abb.& in ca.maiores . de baptis. per illum tex. etiam ubi agitur de fide & sacramentis contra quasdam glos. de quibus per eum ibidem. Et ista pars videtur sustentabilior , & adducta in oppositum loquuntur de honestate. Et sic loquitur.§.rationib.prout aperte colligitur ex tex.& gl.in d.§.decet. Imo si esset consuetudo in ꝯ̃rium,nõ valeret,quia est ꝯ̃ supremam potestatem principis. Ergo nulla , ut per Inn. in c.bonæ,el 2.de postul.præla.s̃m do. Ab. in d.c.ex gestis. Et idem, si de hoc esset lex expressè:quia par ĩ parem &c. c.innotuit,de elec. & per tacitam cõtrauentionem eam tolleret,iux.l.q̃dã consulebant,cum materia.ff. de re iu. maxime in facto proprio,iuxta clem. 1.de ꝓbat Et cum istis concor. Pau.de Cast.cons.280.quod incipit,In Christi &c. In facto præsenti,allegando glos. Gul.in extraua.Execrabilis. quæ incipit,scilicet Cardinalium , & Arch. in c.quamuis,de offi. or. in 6.Bene facit, quod no.beatus Thomas in 4. dist.14. in fi.ubi dicit,ꝙ Papa non utitur baculo, sicut ep̃i , & assignat inter alias rationes vnã, q̃a scilicet nõ habet coarctatam potestatem,ꝙ curuatio baculi designat.Et sic vult,ꝙ habeat liberam potestatem.Et dixit Bal.in c.1.q feud. da.pos. ꝙ habens plenam & integram administrationē non tenetur alterius consilium requirere. Tangunt ēt hic Scribentes dubium disputabile,videlicet vtrum de
3 † essentia legis sit scriptura . & dicunt communiter , ꝙ non,& sic potest probari per testes, s̃m dom. Ant. & do. Abb.& Imo.hic,imitantes Io.And. qui de hoc ad saturitatem scripsit in regula,nemo põt,de reg. iu. in 6. Idē tenet Io.And.& Dom.in c.1.ꝑ illum tex.de renun.in 6. & Io.And.in Spe.in rub.de const.& in c.fi.ĩ.de consuet. & ibi dom.Ant.& Bar.& Rapha.in l.humanum . C. de le.& Ang.in §.ex non scripto.Inst. de iu.natu. & Bal. in §.omne.inst.eodem ti.& adducitur tex.in l.1.in uer.uel de plano interlocuta est.ff.de const.prin.& in c.consuetudo.in uer.Romæ.1.distin.in c.1.in uer.non scripta. de iureiu.in 6.& in c.si quis,in uer.uel non scriptam.1. q. 5. & in c.institutus.25.q.1.in uer.in nostra præsentia,in cle. dudum. in uerbo, uel scripto. de sepul.quæ iura allegat Ioan.And.in d.regula.Et ideo dicunt Ioan.An. & Bal. in add. Spec. in ti. de lega. §.finitur. uer. sed pone legatus,quòd de esse constitutionis non est scriptura,etiamsi contineat excommunicationem,quod no.ad ca.1. de senten. excom. in 6. Idem dicas de statuto episcopi excommunicantis sine scriptis,secundum Do.ibi in prin. & in c.Romana.§.caueant.de senten.excom.in 6.Hanc partem tenet Ioan.And.in ca.1. de postul. præla. in 6. & do.Abb.in d.cle.dudum.ad fi.& in c.1.de postul.præla.& Arch.in c.in primis.2.q.1.& Pet.de Anch.in repe. c.seq. in 10.car. Et ideo dicit Bald.in l. 1.§. fi.de cad.tol.ꝙ perdito uolumine statutorum potest eorum tenor probari per testes, quæ probatio est quoddam notorium , s̃m eum.Facit l.1.in fi.C.de emen.Iusti.C.dum præcipit imperator,ut constitutio ponatur in scriptis, ut sciatur, & sic præsupponit,ꝙ non minus est tex.& idem dicitur in plurimis constitutionibus Authenticorum.Facit c.duo sunt.in uer.scriptis cõfirmata. 19.q.j.Sed quòd de essentia legis sit scriptura,tenet Alber.in prima parte statutorum,quæst.14.& in l.de quibus.post glo.ff.de legi. & in l. humanum.C.de legibus. Idem tenet ibi Sal.post Cy.dicens hanc esse communem opinionem,* per tex. ibi,& in l.lege.C.eodem ti.& in d.§.ex non scripto.Idem Bal. in d.l.de quibus,in 10.oppositione.Et ideo dicit Bald. in c.in causis, de re iud. quòd de esse constitutionis est, ut ponatur inter alias constitutiones:alias dicitur extrauagans,per authen.habita.C. ne fi. pro pac. & per no.in l. cùm prolatis.ff.de re iudi. Et hanc partem tenet Domi. post Arch.in c.lex est,per illum tex.1.distin.& in c.consuetudinis,per illum tex.11.dist.Et faciunt multa iura ad ducta per Io. And. in dicta regula, nemo. Facit glo. in uersicu

a Concilij. *Sed pro ampliatione materiæ quæro, nunquid Papa possit se subijcere concilio generali? Dic,quòd non : secundum Io. And. in ca. cum venissent. de iudic. & glo.in c.sane.de offic. delega. Contra tamen no. in c. nos si incompetenter . 2. q. 7. vbi Papa se subijcit aliorum iudicio.Vide Ioan. Pe. de Peru.in l.ē receptum.de iuris. om.iu.ubi Alexan. & Doc. post Bar. Et nisi se subijciat , iudicari nõ potest à concilio,prout est glo.in d.c.nemo. ix. q. 3 . alleg. in tex. & glo.in c. mandastis. 2.q. 3. §. hũc etiam xvij. distinc.*

ver.interpretatus,in principio,in ca.j.de poſtu.præla.di-
cens,ꝙ interpretatiò principis redigenda eſt in ſcriptis.
Et concordant glo.in §.ex his oĩbus.11.q.1.& in l. ſi de
interpretatione.ff.de le.& in l.1.C.de le. Idem ẽt tꝫ Bal.
in rub.q feud.da.poſ.& facit tex.in §.ſingulorum,ĩ ver.
tunc,& in ver.ſcribit.Inſt.de rer.diuiſ.& in §.cùm ita.1.
diſtin.Et utraque op.ſine periculo ſuſtinereť.Nihilomi
4 nus † prima pars fundatur fortioribus iuribus, ſed eam
declara ex verbis Bal.in d.l.humanum,ad fi.cũ quo trã-
ſit Pe.de Anc in d.regula,nemo.dicendo,ꝙ aut quæriť,
an ſcriptura ſit de forma ſubſtãtiali legis,vel ſtatuti,di-
cendum eſt,ꝙ non.Aut quæritur, an ſit de forma acci-
dentali.i.ad inducendam obligationem ex lege,&tunc
requiritur ſcriptura,quia ante ſcripturam lex nõ ligat:
Sicut diciť in ꝯtu, qui prius habet eſſe,q̃ obliget, vt in
ꝯtu conditionali.Et per hanc diſtinctionem facile ꝯ-
cordantur rationes & iura utriuſque partis, & facit tex.
in d.c.duæ ſunt,in ver.confirmata,& in c.lex.& in ca.ex
verbis.1.diſtin.& in l.ſed & ea,& in l.imo magnæ. ff. de
legi.bonus tex.in c.1.de poſtu.præla.ibi, ſolenniter edi-
tam ac publice promulgatam.Et ideo dicit Bal. in c.1.
§.decedenti, qui feud.da.poſ.ꝙ æquitates humanæ non
habent in ſe pondus ſtatuti,niſi ſint roboratæ ſcriptura.
5 Quid † autem de conſuetudine? Dic, ut per dom. Ant.
plene in c.fi.de conſue.& Ang.in d.§.ex non ſcripto. &
Bar.in d.l.de quibus, cum concor. Et poſſunt iſta meri-
to induci ad utilem q. vtrum ſcriptura ſit de ſubſtantia
gratiæ Apoſtolicæ,quam ponit Ioan.And. poſt Archi.
in procemio 6.& ibi Dom.in §.uniuerſitati, & Bal. in d.
l.humanum,in fi.& in l.fi.C.de ſer.com.manu. & in l.ſi
qua per calumniam,ver.deinde uos videtis. C. de epiſ.
& cle.& in l.fi.C.ſent.reſcin.non poſ.& in l.falſus. C.de
fur.in ver.nunc videndum econtra,& Inno.in c.conſti
tutus,in glo.ſed in oĩ,de reſcrip.& Bar.in l.fi. ff. de cõſt.
prin.& in l.idem Vlpianus.ff.de excu.tut.& glo.& Arc.
in c.inſtitutionis.25.q.1.& Dñi de Ro.concluſione 481.
incip. Signata ſupplicatione,in antiquis, & in conclu.
481.incip.licet Romanæ, in nouiter inpreſſis, & ſolen-
nius deciſ.456.inc.circa ſm dubium,in eiſdem.Et con-
cluſio eſt,ꝙ ſtatim ẽt ꝓlato ſimpliciter uerbo dr̃ gr̃a fa-
cta ante literarum ꝯfectionem, ſed non põt ꝓbari, niſi
ꝑ literas. Non ergo requiriť ſcriptura ad effectum gr̃æ,
ſed ad eius probationem. Et ideo ſi Papa moreretur an
te ꝯfectas literas,gr̃a nõ expirat.Et literę ſucceſſoris de-
bent mentionem facere de diſpoſitione p̃deceſſoris,qđ
eſt ualde notabile & menti tenendũ, ſm Bal. ad literã ĩ
d.l.humanum.Pro quo vide,qđ no.Do.de Ro. deci.62.
quæ incipit, Itẽ no. ꝙ ubi gr̃a. Vbi ex iſtis inferunt, ꝙ ſi
quis moritur ſignata ſibi ſupplicatione, illud bñficium
vacat per eius mortẽ:per hoc nõ tñ probareť reſeruatio
nem Papæ ex tali ſignatura expiraſſe,quia oportet eam
probare ꝑ tranſumptum regiſtri Apoſtolici, vt ibi ple-
nius. Et adde do. Ab.in c.in noſtra,ad fi. de reſcr. vbi di-
cit,ꝙ male facit capitulum recipiendo, ut prælatũ illũ,
quem Papa pronunciauit ep̃m, ſi non oſtendit literas,
licet de pronunciatione conſtet,& illa ſola fecerit eum
epiſcopũ,ut ſupra poſt Bal.in d.l.humanũ. Vnde proui-
det quædam extrauagans Bonifacij VIII. quæ incipit,
Iniunctæ,ꝙ obedientes talibus promotis in curia, non
oſtendentibus literas,incurrent graues cenſuras. Et de
ipſa meminit Pau.de Leaza.in conmmẽto c.nullus, de
elec.& ſuper rub.de inſt. & in commento c. 2. infra de
conceſ.præben.Et tales pronunciati appellantur electi,
ſm dom.Ab.in c.tua,ĩ.de his,quæ fi.à præla.ſine cõſen-
6 ſu cap. Et † iſta uerificant unam ſolennem deciſionem
Car.in c.quiſqs.ĩ,de elec. ubi refert ſe obtinuiſſe in qua
dam ardua cã,ꝙ illud fiat,qđ Papa ponit in ſupplicatio
nib.intelligitur pro tunc,ideſt,de præſenti,& non de fu
turo,& miratur de glo.ibi. Adducit etiam ſtylum curię
ſecundum quem ad illam diem ſemper cõficiuntur li-
teræ. Et facit iſtud Geneſis 1. Fiat lux,& facta eſt lux, ſm
ipſum,quem ſequitur ibi Dom.ante fi. Et hoc placet,li
cet de uerbo, Fiat,aliter dicat Bal.in d.l.fi.C.de ſeruo cõi
manumiſ. Et rationem, quare gratiæ nõ poſſint proba-
ri per teſtes,aſſignat do.Car. concordans cum p̃dictis in
procemio Clementinarum,§. ſane,in 5.q.quia difficili-
mum & quaſi impoſſibile eſſet ſciri à teſtibus oẽm ꝯti-
nentiã gr̃æ & oẽm formalitatem. Nõ tñ eſt oĩno impoſ
ſibile:alias in nullo priuilegio ꝑmittereť ꝓbatio tenoris
ꝑ teſtes,qđ tñ ꝑmittiť,ut in caſu c.cùm olim, el 2. & ibi
ꝑ Inn. de priuile. Et dicunt Do. de Rota in dicta deciſ.
inc. Circa ſm,ꝙ licet ſupplicatio ſignata habeat funda
mentum neceſſarium,tñ ante confectas literas eſt quę-
dã res informis,q̃ poſtea,eis ꝯfectis, reduciť ad ſuum v-
ſum ꝑfectũ ꝑ adiectionem clauſularum. Et hĩc eſt,ꝙ an
te confectas literas nulla diſpenſatio prodeſt,vt in regu
la cancellariæ Romanæ,quæ incipit, Item cũ cõceſſio-
nes,quia multa petunť,q̃ poſtea ex ſtylo limitantur, qñ
reducitur ſignatura ad formam,ut ibi dr̃. Tribus tñ ca-
ſibus admittitur probatio per teſtes in hac materia. Pri-
mus eſt, qñ agitur de probanda aliqua qualitate ipſius
gratiæ,vt probat tex.notabilis in c. auditis. ĩ. de reſti.in
inte. Et ibi ualde notauit do. Ant.& do. Abb.pro quibus
optime facit glo.in c.duobus,in verſic. appareat, de re-
ſcript.in 6.& in c.ſi à ſede. in eodem verbo, de præben.
in 6.quæ dicunt,ꝙ prioritas gratię poteſt probari per te
ſtes. Secundus caſus eſt,quando ſumus in foro conſcien
tię, quia in eo poteſt quis uti gratia conceſſa per Papã,
licet non habeat literas,ſm dom.Ab.in clem.dudum,
ad fi.de ſepul.per illum tex.in ver.uerbo,quem ſic intel
ligit. Tertius caſus eſt,quando agitur de probando teno
rem gratiæ,cuius literę ſunt perditę, quia probata amiſ
ſione probatur tenor per teſtes,d.c cum olim.& ibi latę
per omnes,& per Bar.in l.ſicut iniquum.C.de fi. inſtru.
cum concor. Vlterius ultra omnes quęri poteſt in hac
7 Rubrica non ab re,nec impertinenter, utrum † conſti-
tutio ſit proferenda ſm idioma legislatoris,an uero lo-
corum,q̄bus dirigiť,ſi in eis non eſt idem idioma. Et re-
ſpondit Lud.Ro.in l.1.§.fi.ff.de uer.obl g.ꝙ dictanda eſt
ſm idioma uſitarum inter eos, quibus dirigiť,ꝑ tex.in
Aut. de non alienan.§.alienationis.uer.penult.& in l.
ſed ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtito.ibi, literis Gre-
cis,an Latinis? puta ſm loci conditionem &c. Facit,qđ
no.ibi Pau.de Caſt.& dom.Anto.in c.fi.de eo, qui mit.
in poſ.cauſa rei ſer.facit tex.ĩ c.j.89.diſtin. ibi, à Græcis
Gręca,& Latinis Latina lingua edita ſunt. Facit l.1.cir-
ca.fi.ver.ne autem per ſcripturam. C. de vete. iu. enuc.
facit c.oportet.7.q.1. ibi oportet uerbi ordinem pro au-
dientis capacitate dirigere,& c. ſit rector.43.diſtinc.& c.
qm̃ in pleriſque.de offic.ord.bonus tex.in clemen.ne i
agro.§.ſane in ſingulis, de ſta. mo.ibi,ꝑꝑ iuniores & ru
des vulgariter exponantur. Ex quo inferunt ibi Doc.ut
refert domi.Car.in §. regula, ꝙ teſtibus idiotis uulgari-
zari debent capitula,ſuper quibus examinantur. Alle-
gant Spec.in titu.de teſte.§.tractandum,& ſequitur Do
mi.in d.ca.ſeptuaginta.Facit,quod ipſe no.in c.locutio.
in z.38.diſt.ubi dicit, ꝙ ſi Gręcus producitur in teſtem
in Italia,uerba capitulorum debẽt ſibi uulgarizari uer-
bis Cręcis,adhibito interprete. Et iõ docet Baldus in l.1.
C. de erro.aduoc.ꝙ ubi aduocatus confitetur prẹſente
clientulo ignorante linguam Latinam, non ſcribat no
tarius actum pręſente parte, ex quo non intellexit. Ad
quod etiam uide Bar.in l.ſi quis filiabus.in fi.ff. de teſta.
tut.& pro iſtis uide gloſ.in l.decreta.ff. de re iudic. & gl.
Bart.& Bald.in l.iudices. C. de ſenten. & interloc. om.
iud. ubi ſententia,quę refertur inter Gręcos à iudice La
tino,ferenda eſt uerbis Gręcis. Et iſta confirmant deci-
ſionem Rotę,q̃ in ſe eſt rationabilis,maxime ne ſubditi
inducantur in laqueum,ꝯ c.de uidu.37.q̃ſt.1.& talis de-
bet eſſe legis natura.4.diſt.erit autem.ibi, non captioſa,
facit tex.in Aut.ut factæ nouę ꝯſtitutiones,circa mediũ.
Sed quatuor caſibus uidetur aliter diendum. Primus,
8 eſt,quando † ab illis, ad quos conſtitutio dirigitur,intel
ligitur idioma conditoris, quia poteſt ex illo lex dicta-
ri,ut probatur in l.j.in princ.ff. de exc.tuto. & ibi ꝑ Bar-
tolum. Secundus caſus eſt, quando conſtitutio indiffe-
renter concernit oẽs nationes,quia ſufficit editio in lin
gua Latina,tãquam communiori. Ita probatur ex uer-
bis

bis Laur.in d.c.fi.& in c.cum ſm,& in c.quò ad translationem.de tempo.ordi. ¶Tertius eſt, qn̄ conſtitutio concernit certum genus hominum diuerſi idiomatis, qui tamen habitant inter Latinos: quia ſufficit eadem lingua: & tales ſunt Iudæi. Ad hoc induci poteſt c. poſt miſerabilem.de vſur. c. & ſi Iudæos.& c. in nonnullis.ĵ. de Iudæ. iunctis dictis Bal.in l. iuris ignorantia. C. qui admit. ¶Quartus caſus eſt, qn̄ conſtitutio concernens certum genus certi idiomatis promulgatur in loco, in quo ſit copia hominum vtriuſq; linguæ, putà in concilio generali. Ita pōt allegari c.fi.ĵ.de baptiſ. Si autem ex curia mitteretur Grecis epiſtola decretalis. vr̄ reddēda literis Græcis, iuxta c. in nomine patris.73.diſt.ibi, hanc operā Græcis literis minutam decernimus.maximè, vbi ſunt in curia docti in vtraq; lingua, vt cōiter eſt per c.2.de priuile. in 6.&c. Adrianus.el j.63.diſtin.ibi, Anaſtaſius vtriuſq; linguę peritus. Vbi autem apud legiſlatorem non eſt talium virorum copia, excuſaretur & incumberet onus his, quorum intereſt adire translatores, vt ſatis probat tex.in l.2.§.pen.ibi, in Græcam vocem transformare.C. de vete.iu.enu. Et iſto caſu crederem, ꝙ duo menſes, de quibus in c.2.ĵ.eo. non currerēt, niſi à die, quo interpres adiri potuiſſet. ¶An autem poteſt lex promulgari partim literis Græcis, partim Latinis? Vr̄, ꝙ ſic arg.l.j.ff. de contrahen.emp.& §.item pretium.Inſti.de emp.& vendi.& facit, quod de ſententia ſcribit Bald.in l. iudices.C. de ſentē.& interlo.omn.iud. Et quod de teſtō ſcribitur p eundem in c.ad audientiam.el 2.ĵ.de reſcri. Quæ omnia no. tanquam priùs non tractata. ¶Vltimò ſciendum ꝙ do. Anto.& Imo.hìc plenè tractant de multiplici ſpecie
9 iuris, &† vnde vnumquodq; ius ortum habuerit. De quo dic, vt per eos. Et dicit hic Domi. ꝙ de hoc ſatis poſuit Gratianus à 1.diſtin.vſque ad 7.latè etiam per Archi. in prin. Decretorum, & do. Anto.in ca.firmiter.§ hæc ſancta.ſup.ti.1.per beatum Tho.2.2.q.65.articu.2. cum ſeq. & per Archiepiſco. Floren. in quodam tractatu de Legibus. Et dixit gl. in c.principium. in ver. ſuperbię.de pœni.diſtin.2.ꝙ ius cœpit à ruina angelorum. Et in quantū Docto.inſtant in diffinitionibus conſtitutionis: adde, q̄ dicentur in c.proxi. Et tene menti, quod dicit hic domi. Abb.de ſtatuto in præiudicium certæ perſonæ, de quo latiùs dicetur in c.cùm omnes.ĵ.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Iurs Canonici conſtitutiones omnes ligant.*
2 *Statutum epiſcopi an dicatur ſtatutum canonum.*
3 *Ius municipale an veniat appellatione iuris.*
4 *Sanctio, verbum, & verbum, Dogma, quid ſignificent.*
5 *Conſtitutio canonis ligat omnem creaturam, quia conditori canonis & vicario creatoris omnis creatura ſubdita eſt, nu.6.7.9.*
8 *Sponſus eccleſię eſt ipſe dominus Ieſus Chriſtus.*
10 *De neceſsitate ſalutis eſt ſubeſſe Romano Pontifici.*
11 *Canones omnes ligant. Et hoc habetur pro regula.*
12 *Dicens, vel credens, canones non ligare, tanquam conditi ſint à non habente poteſtatem, debet vt hereticus reputari.*
Vide limitationes ibidem.
13 *Canones transgredientis pęna qualis ſit.*
14 *Veniens contra canones incurrit pœnam Canonicam.*
15 *Conſtitutio generalis qualiter cognoſcitur, & quibus ſignis.*
16 *Quicquid ſtatuitur in fauorem eccleſię, intelligitur ius generale, niſi contrarium inueniatur expreſſum.*
17 *Papa quando reſpondet ad conſultationem alicuius, an videatur condere ius commune.*
18 *Verba iuriſconſulti narrantis factum, vel allegationes, an poſsint allegari.*
19 *Lex abrogata in quibus caſibus poteſt allegari. nu.20.*
21 *Lex concilij in quibus caſibus obligat.*
22 *Veniens contra legem concilij ex contemptu peccat mortaliter.*
Vide alium caſum. nu.23.
24 *Papa ſolus an poteſt tollere conſtitutiones concilij. Et nu.25.*
26 *Reſcripta Papæ, quæ ſunt contra ius, preſumuntur in dubio obtenta per importunitatem.*
27 *Papa nunquam preſumitur vti plenitudine poteſtatis, niſi illud exprimat.*
28 *Poteſtas, quam Papa habet ſupra ius, difficiliùs extenditur ad cōſtitutiones concilij.*
29 *Papa non poteſt tollere legem ciuilem quò ad forum ſeculare, licèt non ſubijciatur legi ciuili. Adde nu. 30*
31 *Princeps licèt ſit ſolutus legibus, non tamen eſt ſolutus dictamine rationis. nu. 32.*
33 *Papa ſubijcitur vinculo iuramenti.*
34 *Papa licèt non ligetur lege poſitiua, aſtringitur tamen menti legis, & æquitati naturali determinanti aliqd circa peccatū. n.35.*
36 *Papa non poteſt diſpenſare, vt aliquis ſaluetur ſine confeſsione.*
37 *Pagani & Iudęi non ſunt ſubiecti canonibus.*
38 *Lex Canonica punit Iudęos delinquentes contra legem veteris Teſtamenti.*
39 *Regula huius capituli an procedat in foro conſcientiæ.*
40 *Hæres obtinens hereditatem ex teſtamento facto ſine ſolennitatibus an teneatur in conſcientia.*
41 *Gabella, quæ non eſt licitè impoſita, poteſt licitè fraudari.*
42 *Teſtimonium falſum ferens qualiter puniatur.*
43 *Contra præſcriptionem ſtatuti ſuper pœna non poteſt quis vexari in conſcientia.*
44 *Bona amiſſa an quis poſsit licitè retinere.*
45 *Declaratio qualiter requiritur in pœnis incurſis.*
46 *Reus condemnatus ex delicto an teneatur in conſcientia ſoluere cōdemnationem.*
47 *Lex ciuilis & Canonica an ſint ſeruandę in conſcientia.*
48 *Iudices poſſunt ex magna cauſa transgredi leges & canones.*
49 *Epiſcopus quando poteſt ſtatuere contra ius Canonicum.*
50 *Fauore Reipublicę poteſt obuiari ſtatutis.*
51 *Verba, Liberam facultatem, quid importent.*
Et ibidem de clauſulis inſertis in reſcriptis, videlicet, Committimus iudicio tuo, Pronuncies ſecundùm ſenſum tuum, & de multis alijs, per ordinem vſque ad verſ. primum eſt.
52 *Iudex an poſsit tollere exceptionem ſub forma verborum poſita in reſcripto.*
53 *Habens procedere vt vir bonus, debet procedere, vt in propria cauſa faceret, vt non faciat alteri, quod ſibi fieri non uellet.*
54 *Quando caſus non eſt deciſus per leges, aut canones, tunc eſt ſequenda ſententia Doctorum.*
Ponit pro regula, quam limitat quinque modis per ordinem vſque ibi, Secundò nota.
55 *Opiniones quando ſunt hinc inde probabiles, laudatur iudex, qui diuidit materiam diuiſibilem.*
56 *Iudex, qui imitatur opinionem magiſtri ſui, excuſatur in ſyndicatu.*
57 *Arbiter poteſt iudicare ſecundùm ſenſum ſuum.*
Fallit in certis caſibus, vſque ad finem capituli.

CAPITVLVM I.

1 CAnonum ſtatuta. ¶Iuris† Canonici ſtatuta oēs ligant: & eorum ritu, tam in pronunciādo, quàm in decidendo, iudicia ſunt regulanda. Hoc dicit. Primò ſtatuit, ſecundo confirmando declarat: ibi, & nemo. ¶Et imitandò ſemper domi. Abb. clarum & vſitatum aurigam nr̄m, primò no. ꝙ appellatione canonis venit omnis cōſtitutio eccleſiaſtica a. Vnde largo mō ſumpto vocabulo canō idē eſt, qđ conſtitutio eccleſiaſtica, vel Canonica. Et dr̄ canon idem, quod regula: quia hominem ducit ad regulatam vitā. Strictè aūt ſumitur pro conſtitutione edita in concilio generali, vt no.glo.3.diſtinct.in ſumma, ponens etiam, quid ſit decretalis epiſtola, dogma, ſanctio, interdictum, & mandatū. Et de pragmatica ſanctione vide gloſſam in ca.j. de rerum permu. Et ſcias, ꝙ omnis canon, ſeu conſtitutio eccleſiaſtica poteſt appellari lex, per c.lex j. diſtinctio. ſecundùm dominum Ab.hic. ¶Addit
2 Bal. hic, quòd † ſtatutum epiſcopi nō

a *Eccleſiaſtica. Adde diſt.4.canō. Et adde, quòd in vna ſignificatione eſt id, quod in Concilio generali. vel prouinciali ſtatuitur: & ſic capitur hic. Sed propriè dicitur canon priuilegiatus à Papa, licèt quandoq; dicantur etiam ſtatuta prouincialia, in d. §. porrò. ſecundùm Cardi. poſt*

poſt glo.in clemen. 1. 26. quæſtio. de priuileg. In alia autem ſignificatio ne videtur poni, quando ab emphyteuta ſoluitur: & ſic videtur ſumi ab Azo. in ſumma, C. de iure emphyteo. ver.ex hoc autem contradic. Et adde, quod etiã dicitur illud, quod ſumitur pro pedagio, vel vectigali. ff. de pub. & vectig. Et adde, quòd quando Papa vult condere canones, poſſunt epiſcopi cõtradicere, quòd nõ conueniunt conſuetudini regionis eorum, diſtin. 4. erit autem lex. & no.in c.ſeq.ver.indicem. vbi quæritur, an ſentẽtia Papæ prȩualeat ſententiȩ epõrum? & dicitur, ꝙ non: quia orbis maior eſt vrbe 18. diſtin. legimus. poſt medium, & ibi glo. Quòd ſtatutum concilij præiudicat ſtatuto Papȩ: argumen.cõtra. ibid.

dicitur ſtatutum canonum: qa ſequeretur, ꝙ ius municipale eſſet ius cõe. Sed in ↄrium adduco Calde.in titu.de regula.conſi.19.inci. Abbas hẽt priuilegium vbi conſuluit, ꝙ habens poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitate impoſita à canone, põt diſpenſare cum monacho irregulari ex celebratione facta poſt incurſam excõicationem ex cõſtitutione ordinis. ¶Et adde Calderinum in titulo iſto, conſilio 16.incipiente, An canonis appellatione. vbi idem conſuluit de ſtatutis capituli, vt poſſint dici canones. ¶ Sed ſaluando Bal.dicendum eſt, iſta procedere in materia larga, puta ſi datur facultas diſpẽſandi, q̃ eſt fauorabilis, vt no. Io.And.in c.fi.de ſymo. & ibi dixi. Sed in materia odioſa appellatione canonis intelligitur per excellẽtiam ſolùm de promulgato à Papa, vt voluit Pau. in cle. j. de priui. per illum tex. in prin. vbi in materia odioſa ponuntur vt diuerſa, canones & ſtatuta inferiorum. Et hoc reputat ſingulare domi.Cardi.
3 ibi, in prin.in 26. q. ¶An † autem appellatione iuris veniat ius municipale, ponit domi.Abb.in rub. j̃.dè cõſue. & ibi dicetur. ¶ Et iſtis adde Imo. s̃. in rub.in j. col. & domi. Abb.ſupra, in procemio, & eundem in proȩmio Clementinarum, vbi facit ſingula.gl. ibi, in verbo, ſanctio. & vide Inno.in ca.1. de conceſ.præben. in 6. vbi concordat cum glo.3.diſtinct.in ſumma, quam ẽt ſequitur domi. Abb.in c. quia, de iudi. & vide Domi.poſt alios ſuper dicta gl. vbi dicit, ꝙ licèt illa ſint propria noĩa conſtitutionum, tñ quandoq; permiſcentur. Et dicit Archid.in c.ſi Romanorum. 19.diſt. ꝙ decreta dicuntur Cõciliorum, Decretales Romanorum Pontificum: aliorũ
4 verò patrum ſcripta opuſcula nuncupãtur. ¶Et † de verbo, Sanctio, vide ẽt domi.Cardi.in clemen.2.vlt.col.de vi.& hone. cle. vbi refert Matthæum dicentem, ꝙ obligat ad mortale. Et de hoc ẽt per Domi.in c.ſi omnes.19. diſtin.& gl.in cle.ſæpe, in verſi.conſtitutione.de verb. ſigni. Et de verbo Dogma, vide gl.penul.in clemen.1. de vſu. Et de verbo, Statutum, vide Alber.in 1.par.ſtatutorum, q.1. vbi inter alia dicit, ꝙ licèt iura antiqua appellarunt ſtatuta ius municipale, l. ſemper. §.1. ff. de iure immu.c.nouerint.cum ſimi.de ſenten.excom.tñ iura noua appellant ſtatuta ẽt leges cões, vt in lib.feudo.in cap.j.de
5 ſtatutis ↄ̃ lib.eccle. ¶No. ſecundò, ꝙ conſtitutio canonis ligat omnem creaturam. Vnde dicit Inno.qui quotidie allegatur, ꝙ conditori canonis & vicario creatoris omnis creatura ſubiecta eſt. Pro quo domi.Abb.allegat illud Ioan.X. Fiet vnum ouile & vnus paſtor, c.fi.infra, de baptiſ.& nihil excipit à ſubiectione paſtoris. Et ideo Innoçẽ.in c. quod ſuper his. de voto.exponit illa verba, Quodcunque ligaueris, ſcilicet præcepto, vel ſtatuto. Et optimè facit illa authoritas ad propoſitum: quia nihil excepit dicendo, Quodcunque, ſecundum domi. Abb.
6 hìc. ¶Pro † dicto Innocen. faciunt notata per epm Florentinum in ſecunda parte tertiæ partis Summæ, ſub rubrica de ſtatu ſummi Pontificis, vbi poſt Aug.de Anch. in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica aſſumpto Pſalmiſta pro themate, dum dicit, Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis &c, latè ꝓbat, quòd nedum circa terreſtria, cœleſtia & infernalia gerit Papa Vicariatum Chriſti: ſed etiam ſuper Angelos bonos & malos, quibus eſt maior iuriſdictione, ſacramentorum adminiſtratione, cognitione, & pręmio. Et referunt Chryſoſtomum dicere, quòd homini mortali omnium quæ in cœlo & quæ in terra ſunt, poteſtatem cõmiſit Deus, & validiorem cȩlo eccleſiam eſſe mõſtrauit. Et oĩa probant rõnib.efficaciſſimis, quas referre omitto: non qa inutiles nobis ſint, ſed quia per ipſos videri poſſunt. Per quam rõnem omittam ẽt rões ſequentium dictorum. ¶Et adde Inn. latè in c.ꝙ ſuper his.de voto.& in c.2.de tranſlatione prælat. & Bal.in c.1.in j.col. qui feud. da.poſ.& ibi dicit, ꝙ Papa eſt pater patrum, & cum oĩ prælato concurrit in poteſtate & iuriſdõne. Alle.Io.Mo.in c.ſi eo tempore.de elec.in 6.& adduci poteſt, quod diſputat beatus. Tho. in tractatu Contra errores Græcorum, qõ.66. vbi probat, ꝙ Papa eſt primus & maximus omnium prælatorum, allegãdo inter cætera Chryſoſtomum ſuper Matthæum in expoſitione huius verbi, Acceſſerunt diſcipuli ad Dominum, dicentes, Quis eſt maior? ubi dicit, quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quod in ſe iam occultare non poterant, & tumorem cordis non ſuſtinebãt in eo, ꝙ viderãt Petrũ ſibi præferri, & præhonorari. & vide B.Tho. in d.tractatu, q.71. vbi probat, ꝙ Papam in totam eccleſiam Chriſti vl̃em prælationem hẽt: & inter alia alleg. Chryſoſtomum ſuper homilia.85. dicentem, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrũ aũt totius orbis magiſtrum & doctorem: & alle.eundem ſuper Actib. Apoſtolorum dicẽtem, Petrus à filio ſuper oẽs, qui filij ſunt, accepit poteſtatem, non vt Moyſes in gente, ſed in vniuerſo orbe. Alle.etiam Ioan.X. Fiat vnum ouile, &c. Et dicit gl.in c.ſerpens.in verſicu.quod Deo.de pœni.diſt.j. quòd Papa obtinet vicem Dei in ter-
a ris. a Et per illum tex.dicẽtem, ꝙ Cain cõmiſit ſacrilegiũ, dicendo mendaciũ Deo, infert, ꝙ dicẽs mendacium Papæ põt accuſari de ſacrilegio tanquã ſacrilegus. Subdit B. Tho.in d. tractatu, qõ. 66. ꝙ dicere, Papã non habere vl̃is eccleſiæ primatum, eſt error ſimilis errori dicentium, Spiritum ſanctum à filio
7 non ꝓcedere. ¶Nã † ipſȩ Chriſtus Dei filius eccleſiã conſecrat, & ſibi ↄſignat ſpiritu ſancto, quaſi ex ſuo charactere, & ſigillo. Et ſimil̃r Chr̃i Vicarius ſuo primatu & prouidentia vl̃em eccleſiã tanquam fidelis miniſter Chriſto ſubiectam ſeruat. Et ad tex.in c. nullus.cũ ſeq.99. diſt. vbi prohibet ſe appellare vl̃em Papam: reſpondet B.Tho.in tractatu, Contra impugnãtes religionem: ꝙ hoc non eſt, quia ipſe non habeat authoritatem immediatè & plenam in qualibet eccleſia, ſed quia non ꝑficitur cuilibet particulari eccleſiæ, vt proprius & ſpecialis illius eccleſiæ rector. Sic.n.ceſſarẽt omnium aliorum Pontificum dignitates, ſ̃m eum. Et adde B.Tho.in 2.par.q.8.ar.1 & 4.ſen.diſt.15. vbi dicit, ꝙ Papa eſt caput vl̃is eccleſiæ, & probat rationibus. Et dicit Bal.in cap.1, in j.col.quis dicatur dux, marchio, comes, ꝙ Papa, tanquam pater patrum cum oĩ prȩlato concurrit in iuriſdictione & poteſtate. Allegat Ioan.Mona.in d.c.ſi eo tempore.& dicit, ꝙ Papa eſt ſummus ſacer
b dos. b ¶Et ſcias, ꝙ Ioã.Scotus in quodã ſuo tractatu, De ꝑfectione ſtatuũ, diſputando cõcludit in 9.q. ꝙ Papa eſt Vicarius Chriſti non ſolùm, in quantum Chriſtus fuit eccleſiæ prælatus, ſed in quantũ fuit totius Iudæ & mundi dñs, & ꝙ iuſtè de ſtatu & bonis fide-
8 lium poteſt ordinare. ¶Adde † etiam B.Tho. in tractatu ſuo, Contra impugnantes religionem: vbi probat, quòd ſponſus eccleſiæ propriè loquendo eſt Chriſtus. Alij autem dicuntur ſponſi, ſicut miniſtri ſponſi exteriùs cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum, quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant: qui quidem miniſtri in tantum ſponſi dicuntur, in quantum vicem veri ſponſi ob-

a In terris. *Imò eſt vicarius Petri, non Dei.63.diſtin. ego Ludouicus. vide tex.cum glo.& Card.in cle. 1.in prin. de iureiuran. 96. diſt. Conſtantinus. quod imò Dei, non puri hominis vices gerit, de transla. per totum. & eius legatione fungitur, 19. diſtin. omnes.*

b Sacerdos. *Adde do. Soci. conſi. 164. incipiẽ. Viſa bulla Bonifacij, & laudo. ver.tertio loco dicò. in 1. parte, char. 24. quòd Papa vnicus eſt fons iuſtitiæ, fugans tenebras: nam ei prȩſumuntur illa tria concurrere, quȩ cõſiderantur in actibus hominis: bona voluntas, modi cõgruitas, conceſſa poteſtas.*

tinent:

tum legitimæ,qa ad illam requiritur expreſſa renuncia-
tio.Ideo non ſufficit,ꝙ virtualiter eliciatur ex dictis ver
bis.Ad idẽ,qđ no.Bald.in l.ij.C.de patri.qui fi.diſtr.vbi di
cit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ ſtatuta ſeruentur ad literam,non
fiet extenſio,quia litera eſt,quæ oculo vř,non quę intel-
ligitur.Ad idẽ,qđ not.Dom.in c.humanũ genus.diſt.vbi
infert ex gl.in ver.prohibetur, ꝙ non dicitur expreſſum
quod continetur ex mente , vel quadam conſequentia
verborum.Et ideo infert,ꝙ ubicunque in reſcriptis bene
ficialibus ex iuris diſpoſitione requiritur expreſſa men-
tio,non ſufficiat mentio deſcendens ex cõſequentia ver
borum,ſed requiritur expreſſa.Et idem Dom.Abb.in c.
ad aures.de reſcri.cum concor.Similiter inferunt Dom.
Ant.&Dom.hìc,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ poſitioni reſpondea
tur verbis expreſſis,ſi in reſponſione ponatur unum ver-
bum,per quod aliud ſequitur , non videtur expreſſum,
ſed intellectualiter reſponſum. ¶Sed contra p̃dicta , &
dom.Ant.& Imol.hic, eſt deciſio formalis Bal.in l.ad
probationem.la 1.C.de proba.vbi dicit,ꝙ ſtipulatio præ-
ſumpta dicitur de tenore inſtrumenti,eſto , ꝙ in inſtru-
mento non ſit ſcripta.Allegat gl.in d.§.quod fere.& alia
dicẽs primum ꝯſilium,quod ipſe edidit fuiſſe ſuper hoc.
Et idem ipſe tenet in l. unica . §. & vt plenius. C. de rei
vxo.act.p illum tex & in l.vbi adhuc.C. de iure doti.Fa-
cit,quod ipſe not. in l.j.C.de fideicom. & Imo.in l.j.ff.ſo.
mat.maximè p l.ſi duo patroni.§.pẽ.ff.de iureiur.Ad idẽ
quod notat Pet.de Anch.conſ.168.incip. Viſa diligẽter.
vbi ad intellectum clauſulæ bullæ Bonifacij conceſſæ po
pulo Ferrarienſi,in qua priuantur non expreſſi in inue-
ſtitura,ſi eam non petierint,dicit,ꝙ illi dicuntur expreſ
ſi, qui cõprehẽdunť tacitè ex verbis inueſtituræ,ſumpta
interpretatione à iure cõi.Et ſubdit generaliter,ꝙ ubicũ
que requiriť expreſſio in perſonis,vel rebus ſufficit,ꝙ in
cludantur ſub natura verbi expreſſi.Ad idem,quod no.
Bart. in l.ſi quis ad declinandam, C.de epiſc.& cler. vbi
dicit,ꝙ licèt eps̃ non ſit expreſsè ſcriptus in teſtamento,
tamen habet beneficiũ l.edicto.C.de edic. diui Adri. tol.
qa repræſentat pauperes expreſsè ſcriptos in teſtamento
¶Ad idẽ,quod no.Ang l.ita ſtipulatus. §. Chryſogonus
ff.de uerb.obl.vbi dicit,ꝙ ſtatutum loquens de ſcriptu-
ra priuata manu debitoris,ut habeat executionem para
tã,habet locum in ſcriptura ab eo ſubſcripta,quia vide-
tur virtualiter totã ſcripſiſſe.Ad idẽ tex.in c. cũ olim. in
fi.ibi,patebat expreſsè.de cenſi.p quẽ dicunt dom.Ant.
& Dom.Abb.ibi,ꝙ inſtrumentũ dř clare & expreſsè p-
bare,non ſolùm,qđ continetur in eo directè , ſed ẽt in-
directè,& ꝙ inſtrumentũ mandabitur executioni ẽt in
his, q̃ ex inſtrumento indirectè pbantur , & ſic do. Ant.
eſt ſibi ꝯrius.Ad idem,quod no.do.Abb.in c.ſup qõnum
in prin.de offi.deleg. notans valde illum tex. in ver.liq-
dò.ꝙ ſi intentio ſcribentis eliciť ꝯiecturis,dř liquidò cõ-
præhendi.Ad idem,qđ no.Ang.in l ait prætor.in princ.ff.
de ope.no.nun.ubi no.illũ text.cum gl.ꝙ illud dř expreſ
ſum,quod tacitè ineſt,& ex mente colligiť. Et p hoc di-
cit, virtualiter appellantẽ ab interlocutoria ſatis dici ſi-
gillatim cauſam grauaminis exprimere, ſi cõprehendiť
neceſſario ex verbis, licèt in indiuiduo non exprimat.
Quod eſt notabile ad intellectum clement. appellanti.
de appellatio.Et idem ipſe poſuit conſ.114.incip.quędã
dña Nanna.& in l.vbi autem.§.qui illud.ff. de verb.obli.
& in l.j.C.de libe.& poſth.de quo per Inno.in c.2.de ope.
no.nun.cum concor.Et de gl.in d.l. ait prætor. meminit
Lud.Rom.concordans cum prędictis conſi.271. inci.In
Chriſti & c.vis tota præſentis dubitationis. Et quia per
hoc redditur dubium dictũ dom.Ant.& ſequacium hìc
nec reperio aliquẽ ponentem hæc omnia ad cõflictum
ideo pro nũc credo dictum ſuum malè ſuſtentabile per
proximè adducta.¶Sed generaliter,vtrum illud , quod
reſultat,habeatur pro expreſſo,dicerem, ꝙ ſic, maxime
per d.c.cùm olim.pręterquàm in duobus caſibus.¶ Pri-
5 mus,vbi†illud,quod venit virtualiter,non deducitur ta
liter,ꝙ de neceſſitate inferat,ſed perſuaſiuè,uel argumẽ
tatiue.¶Secundus caſus ſit,quando lex,uel ſtatutum fa-
cit mentionem de tenore,quia quod virtualiter elicitur
non dicitur de tenore,ut per gloſ.quæ ſic loquitur in d.
§.quod ferè.Idem,quãdo requiritur,ꝙ aliquid exprima-
tur expreſsè,ſigillatim & formaliter , vel ſimilibus mo-
dis,quia oportet ꝙ exprimatur propter gloſ.in d. c. in-
quiſitores,& Dom.in d.c.humanum.Et non ſequitur:il-
lud,quod elicitur,habetur pro expreſſo. Ergo ubi requi-
ritur expreſſa mẽtio,ſufficit,ꝙ eliciatur, quia dico, ꝙ li-
cet fingatur expreſſum quò ad hoc , vt æquiparetur ex-
preſſis,d.c.cùm olim.tamen vbi pro forma requiritur ex
preſſa expreſſio,non ſufficit æquipollens per viam intel
lectus,licèt fortè ſufficeret æquipollens per verba oĩno
ſimilia,& idem per omnia importantia,vt.j̃.dicam.Nec
procedit indiſtinctè dictũ Ang. in d. l. ait prętor. vt pa-
tet ex notatis in d cle.appellanti. & in d.c.2. Et p hoc fa-
cit,quod no.Bald.in l.legitimos.in prin. ff. de leg. tut. &
Cy.Bart.& Ang.in l.fin.§.omnem.C.ad Tertul. & Bart.
Pau.de Caſt.& Lud.Ro.in d.l.prætor.in prin. & Ang.in
Authen.vt hi,qui obligatas.§.fi.vbi dicunt , ꝙ in inſtru-
mento tutelę,vel curæ, tutor vel curator promiſit uti-
lia

lia facere & inutilia prætermittere,non ſufficit, niſi addatur,& pupillū defendere, quia ſic requirit tex. in d.§. omnē,quāuis Bal.ibi,& in d.l.legitimos.dicat,quòd ſi nō dr̄ hoc verbū,Defendere, ſed æquipollens, ſufficeret vltra illa verba, Vtilia facere &c.quæ non importāt ſpecialē defenſionē. Quod bene no.ad declarationem prædictorum,quia per hoc vr̄, ꝙ ſufficerent verba omnino ęquipollentia,licèt non eſſent ita formalia,quæ requirūtur a lege,vel ſtatuto.Facit optimè, l.2.iuncta l.j.ff.de libe.& poſthu.Et iſta oīa,tanquā priùs non reducta, ſubmitto iudicio peritorú.¶In tex.ibi, ſub eadem ſponſio-
6 ne.Nota ſecundùm Bal.hic,ꝙ† pp ſimultaneam originē in vnā naturā ſpecies diuerſæ annectuntur, quando eſt eadē origo in cā efficiēti.Ad hoc ergo, vt aliqua ſint connexa,non ſufficit, ꝙ eodē tempore fuit facta niſi ſimul fiant.¶Non obſtat,ꝙ caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōis, quia non dicitur omiſſū, quod eſt connexū,ſecundùm eum dicentem ꝙ vēdita, ꝙ vacca venit vitulus, qui eſt in corpore,& ēt qui nōdum paſcitur herbis.Facit tex.in l.quid ergo.§ ſufficit.ff.de contrario iudicio tutelę. Per quā colligit ibi Bal. ꝙ cōnexorū idem eſt iudicium Et pulchrè per eundē de connexis in c.j.de capi. qui cur. vēd.Facit glo. in c. quia in tm̄. infrà de præben.vbi diſpenſatio extenditur ad connexa. ¶Adde notabile conſilium Pau.de Caſt.30.vbi dicit, ꝙ procurator apponens manus ad connexa mandato, nō dicitur excedere fines mandati. Et idem in delegato dixit gl.1.in c.licèt ergo.7.q. 1. Et idem in arbitro dixit Inn.in c.cùm dilectus, de arbi. Et id in teſte dixit Bal.in l perēptorias,circa fi.ver.quæro,actor.C.ſen.reſcin.non poſ.Et hìc adde Imol.in c.cùm M.ī.eo.vbi dicit, ꝙ per collationem præbendæ conſuetæ conferri Canonico,confert canonicatus, non quia ſit acceſſorium, eſt enim dignius, ſed ratione connexitatis,arg.c. ſi quis obiecerit.1. q.3.Et ſic rn̄detur motiuo Pet.de Anch. contrarium tenentis in regula,acceſſoriū.in 8.opp.de re.iu.in 6.& vide Bal.in c.cùm oēs.ī.eo.vbi dicit,ꝙ lꝫ aliquid ſit connexū eccleſiæ,nō tamen eſt idē.Vnde cęmiterium eſt annexū eccleſiæ,nō tn̄ eſt eccleſia,& clauſtrum eſt annexum domui,nō tn̄ eſt domus. ¶Et adde Bal.in l.j.prope fi.C.qui bo.ced.poſ.ubi dicit,ꝙ licèt milites noſtri temporis nō habeant inſignia obſeruantiæ veteris, habent tamen inſignia obſeruantiæ nouæ,quæ iure cuiuſdā translationis ſucceſſerunt loco veteris,per illū text. ¶Subdit Bal.hìc poſt multa,ſi villa annexa alteri habet ſtatuta q̄ nō ſunt cōpatibilia cum ſtatutis alterius, ſeruantur ſtatuta villæ dn̄antis, ſecus, ſi ſunt cōpatibilia. In quo vide Io. And. in Specu.in rubrica,de treu.& pa.& Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.& Bar.in l.j.§. cohæredem. ff. ad legē Fal.& in l.1.C.de metropoli Berito.li.11. & Inn. in c.paſtoralis.infrà,de priuileg.& gl.in c.1.ne ſe.va. & in c.recolentes,de ſta.mona.& in c.temporis.16.quæſ.1.& Bald.in l.etiam. C.de iure doti.& in l.quicquid.C.de aduo.diuer. iud.Et Bart. in ſuo tractatu de tyberiade in rub. de inſula.ver.ſed quæro,illæ gentes,& in l.ſi conuenerit. §.ſi nu-
* da.ff.de pig.ac.Et eius dicta communiter * tenentur in hoc.¶Sed adde nota per Angel. conſil.243. incip. punctus præpa.& ibi pulchrè,ꝙ ſi Papa vniuit monaſterium ſancti Pontiani prope Lucam monaſterio de Mōte Olineti diœceſis Lucanę,beneficium ſubiectum ſancto Pōtiano conſuetum conferri clerico ſeculari,mutat naturam,& efficitur monaſticum,ſicut alia beneficia Montis Olineti, dummodò vnio fiat per incorporationem. ſecus,ſi uniretur quò ad vnionem,uel protectionem, vt ibi per eum,& fuit doctrina Barto. in d.§.ſi nuda. quam etiam approbat dom.Anto.in repe.c.fi. infra de conſue. & dom.Floria.in l.repetundarum.§. hermaphroditus.ff. de teſti.& Dom. Abb.in c. 1. de relig.dom.¶Limita ēt, dummodò vnio fiat perpetuo,ſecus,ſi ad tempus.ſecundùm Bald.poſt Cyn.in d.l.etiam.C.de iure doti. & Pet. de Anchar.in repe.cap.canonum ſtatuta.in verſi. iuxta. ſuprà eod.dicentis,quòd ſi banniti non poſſunt morari in diſtrictu,poterunt tamen morari in caſtro vnito diſtrictui ad tempus. Vide Bart.in l.ſi quando.in fi.C.de appell.vbi dicit,quòd quando vnum officium vnitur alteri,illud,quod vnitur,extinguitur, adeo quòd ſi appelletur ab eo, qui retinet illa duo, debet indiſtinctè appellari ad ſuperiorem officii, cui facta ſt vnio non habita conſideratione vniti,& eſt bona gl.ſecundum eum in c.1.ne ſe.vac.¶ Limita iſta,ſecundum Inno.in d.c.paſtoralis.vbi dicit,ꝙ ſi eccleſia, cui facta eſt vnio, eſt grauata debitis, non poſſunt alienari res eccleſiæ unitæ, vt ſatisfiat.Et idem de bonis caſtri uniti decidit Bar. in l.1. de metropo.& in d.§.ſi cohæredem. Pro quo facit,quod no.Arch.21.q.1.in ſumma, circa fi. vbi dicit quòd ſi eccleſia matrix non ſoluit iura epiſcopalia, non poſſunt eccleſiæ ab ea dependentes propter hoc interdici, nec eorum bona pignorari,& allegat in arg. c. dudum. 2.de elec.& c.ſanè.de offic.deleg.licèt aliud velit domi.Ant. in c.eam te.de ęta. & qual.Et fortè opinio eius procederet in eccleſia pleno iure alteri incorporata.¶Et iſtis adde Pet.de Anch.conſi.109.incip.Pro impetrante.vbi pul-
7 chrè declarat,quando† impetrans beneficium vacaturum quod ſpectet ad collationem talis, poſſit petere beneficium vnitum beneficio illius,& concludit, ꝙ ſi ſunt æquę principaliter unita,ꝙ non habebit illud, quod eſt vnitum,ſecus,ſi acceſſoriè.Et in dubio,quomodo præſumatur unio,recurritur ad coniecturas,videlicet præeminentiā,denominationis obſequia,& ſimilia,ut ibi per eū utiliter,& per Oldra.quaſi in eiſdem terminis, cōſi. 223. incip.factum tale ęſt,dominus Clemēs.& cōſ.260.incip. Quòd unio cū tribus ſeq.¶Et iſtis adde,ꝙ ex denominatione cognoſci poteſt, quod beneficium ſit principale ex duobus unitis,ſecundùm gl.in ver.eccleſijs,in cle.per literas.de præben.Quo non apparente,attenditur, quod eſt dignius,ſecundùm Dom.Ant.& Imo.ibi.Et an ſubiecta principali parte alicuius caſtri domino intelligantur ſubiectæ aliæ partes,uide Ludo. Rom.ꝙ non,conſil.404. incip.Omnipotentis & c.an dictum caſtrum. allegando Bal.in c.1.§.ad hæc.de pa.iura. fir. Et de iſta materia, qn̄ duæ diuerſæ naturæ uniuntur,vide ēt,quod no. Angel.in
8 §.illud, ī Auth.ut iud.ſine quoquo ſuſt.ubi ponit,ſi† duo officia uniuntur,an illis præfectus habeat duplex ſalariū & duplicata onera.& vide etiam Angel. in Auth. ut deter.ſit nu.in fi. per Bal.Angel.& Imo in l. ex pupillari. & in l.ſed ſi plures.§.filio. ff.de vulg. & pupil. per Angel. in l.de quibus.ff.de leg.per gl.in c.cùm capella.infrà de priui.per Bart.in l.inficiando.§.infans. in fi.de fur. ¶ In glo. 2.ibi,in Petrum.Dic,ſecundùm Dom.Ant. & alios poſt Phi.ꝙ primò ſacerdotium fuit translatum in Chriſtum, qui fuit de tribu Iuda de Aaron, qui fuit de tribu Leui. Nā primò ſacerdotium erat apud illam tribum,ſcilicet Leuiticam.Ratio,quia de illa tribu ſolùm,& nō de alia poterant promoueri. Sed Chriſtus poſtea tranſtulit in Petrum & eius ſucceſſores.Et ſic no.ſecūdùm dom.Anto.do.Abb.& Imo.& Dom.hìc, ꝙ teſtes cōcordantur ꝑ multiplicationem actus,vt ſi aliqui teſtes dicunt,ꝙ poſſeſſio fuit tradita,& aliqui dicunt,quòd fuit tradita,alteri ſcilicet,debemus intelligere, quod vtriſque fuit tradita ſucceſſiuè,ut hìc per eos,pro quibus facit c. j. de cōſti. in ſexto,vbi dictio, Poſt,denotat actum mediatū & immediatum,& ibi Dom. in 2. not. infert ad ſaluationem teſtium,addendo gl. in ver. ſed tertia. in c. cùm Vintonienſis.infrà de elec.& tex. in c.fin. infrà de exceſ. præla. facit gloſ. in l.in operibus.ff.loca. quæ dicit, quòd dicitur fieri ſimul, quod fit cum prioritate & poſterioritate temporis. a Et ita ad teſtes not. Bartol. ibi, & in l.ſi plures. ff. de iniur. & gloſ. in cleme. 2. de appell.in ver.decernimus, & ibi dom. Anton. refert de hoc fuiſſe miratum quendam Florent. & facit gloſ. in ca. bonæ de elect. Et in hac gloſ. dubitant Docto.per quæ verba fuit translata poteſtas in Petrum, de quo dic, ut per domi. Abb. hìc, qui optimè loquitur. Sed adde dom. Car. ſancti Sixti in tractatu, De poteſtate Papæ, q.23. vbi dicit, Prophetam prædixiſſe,

a Temporis. *Adde text. in l.ſi fundus. §. ſi duo. & ibi Barto. in ij.no. ff.de pigno. & vide Bartol. in d.l. in operibus. alleg. in tex. ff. loca. in 1.oppo.*

qñ dixit, Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis.&
9 statuit supra petrā pedes meos. ¶ Et adde, qđ habet† in Summa Pisan. in ver. Papa. vbi ad aliud, ꝙ Petro principaliter fuerint traditæ claues, no. Euangelium Luc. 5. c. q. a cùm Dñs dixisset Apostolis, vt laxarent retia, soli Petro dictū fuit, Duc in altū. Idē probat Raymūdus in tertio lib. 27. rubrica, dū soli Petro dictū fuit, vt piscaretur hamo, vt præeminētior iurisdictio significaretur, & denotaret maximus Christi successor, secundùm eū, & vide tex. in c. in illis. 80. distinct. dū dicit, nec inter Apostolos fuit par institutio, sed vnus præfuit omnibus. Facit, qđ habetur in Euangelio Ioan. infra. cum dicit Christus Petro. Et vocabere Cephas, c. nulla. 63. distinct. & Ecclesiastici 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & Deuter. 18. Suscitabo prophetam de fratribus vestris, quicunque illum nō audierit, illius ego vltor existam. Et vide Arch. in ca. scripturæ 8. quæst. j. vbi declarat illa verba Euangelii, Diligis me plus alijs & c. Item ꝙ per illa verba, Pasce oues meas, fuerit data potestas Petro, vide Innocē. in c. licet ex suscepto. in glo. magna, de foro compe. & dom. Abb. ibi, & in disputatione sua incipiente, Eps & quidam rector. not. glos. in ver. pasce. in c. significasti, de elec & ī c. in nouo, in ver. commendare, & ibi Arch. & Dom. 21. distinct. & glo. 2. in ver. considerandum. l. distinct. & glos. 2. in cle. pastoralis. de re iud. ¶ In glos. fi. in fi. Not. gl. iuncto tex.
10 qui quotidie allegatur, ꝙ† de similibus idem debet esse iudicium, & subdit hic dom. Abb. quòd allegans simile habet hoc probare, saltem coloratè, quia non est credēdum, nec standum simplici verbo arguentis. Ad hoc c. cùm dilecta. de confir. vti. vel inuti. & l. ei. ff. de probationib. c. actor 6. quæst. 1. Negans verisimile coloratè inductum habet probare dissimilitudinem. Ad hoc cap. 2. de transla. prælat. ¶ Nec sufficit allegare aliquā dissimilitudinē in genere, sed debet esse dissimilitudo in eo, ad qđ fit comparatio. Vnde nō expedit, vt tota res sit alteri rei similis, sed satis est, ꝙ sit similis in eo, ad qđ fit cōparatio, vt probatur in d. c. dilecta. Nā similitudo nō est aliud, nisi rerū inter se differentiū cōparatio. De quo per Ioā. Andr. in c. nō pōt. de pb. 16. Et sic limita dicta Doc. fm dom. Abb. ¶ Adde Cyn. in l. non possunt. ff. de legi. b vbi quærens, quod dicatur simile, b allegat Philosophū in 6. Metaphisicæ, dicētem, Quorū qualitas est vna, dicūtur similia; & illa, quorum substātia est
11 eadē, dicuntur eadē. ¶ Et† quæ dicant similia, habet in dubio declarari per c iudicē c, secundùm eum. Ad qđ vltimum vide Innocen. in c. cām. 2. in glo. 2. infra, de iudi. Et ꝙ pcedat de similibus ad similia, est regulare, probat in §. item si adhuc. versi. & huic simile. Instit. manda. & in c. in causis. de re iudicata, cum si. & per Bald. ponentem diuersa genera similitudinis ī l. data opera. C. qui accusa. non possunt. ¶ Et ampliant ista ēt in pœnis maleficiorum, in qbus pcedi pōt per similia, secundùm gl. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iud. & idem not. Inocen. in c. qualiter. scđo, de accus. & est tex. c. primo. §. porrò. cum seq. q̄ fuit prima cā bene. amitt. quē tex. dicit ibi Bald. esse meliorem de corpore iuris. ¶ Ad hoc pulchrè Bal. in l. j. C. de interdi. dicēs, ꝙ stāte statuto, ꝙ percutiens aliquem in platea puniatur capite, habet locum in eo, qui percutit ī palatio dominorum. ¶ Vt si statutum punit percutientem in gula, habet locum ī pcutiente ī maxillis, q a quò ad periculum, est locus similis. Et vide domin. Abb. in capitulo, constitutus. in secundo notabili, infra de appellationibus. vbi dicit per illum textum, ꝙ procedit argumen. a simili, licet illud non sit omnino simile, a qđ dicit no. Et adde, ꝙ vbi duo sunt similia, magis simile est eligendum, secundùm Bal. in l. data. ¶ Et adde, ꝙ vbi in statuto diceret, & idē de similibus, tunc statutū pōt latè interpretari, fm Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & ibi Ioā. de Lig. in c. fi. de ꝯsuet. & ibi dom. Ant. & Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri. Et pcedit argum. à simili, dato ꝙ sit aliqua dissimilitudo, ut supra. per do. Abb. & per eundē in c. quēadmodū. per illū tex. ĵ. de iureiur. & do. Ant. in c. nō debet. de consangui. & af-
12 fini. ¶ Sunt† tñ certi casus, in quibus non proceditur de similibus ad similia putà ī casibus expressis de per se in iure quia casus prouisus & expressus non indiget aliqua interpretatione, nec iuris similitudine, secundùm Bal. in c. inter cæteras. ĵ. de rescript. per l. fi. C. de pact. cōuen. & facit l. continuus. §. cùm ita. de verb. oblig. Et idem dicit Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. Idem dicas, vbi tractatur de legum correctione, secundū Bald. in d. c. inter cæteras, per no. in authē. quas actiones. C. de sacrosanct. ec cles. Et hac rōne dicit hoc argumentū non habere locū ī priuilegijs ꝯcessis ꝯ̄ ius cōe. Et idem in hoc ipse dicit in d. §. porrò. dicens fore glo. singularem in §. itē mixta. Inst. de actio. & allegat simile in l. fi. in ver. aureos. ff. de in ius vocād. ¶ Item non arguit a simili, qñ est aliquis casus, in quo constitutio extenditur ad præterita, secundùm Ioan. And. in cap. detestanda. de concel. pben. in 6. & Bal. in 1. cap. circa fin. in tit. an maritus succedat vxori in feudo. ¶ Idem, si diceret statutum, ꝙ statuta intelligantur ad literam, prout iacent, quia non fiet extensio ad similia, fm Bald. in l. 2. C. de pa qui fil. distra. ¶ Idē si statutum læderet in aliqua parte ius naturale, secundū Bal. in c. 1. in tit. an agna. vel cog. suc. in feu. ¶ Idem quādo statuens fuit motus sola voluntate, & non habet de ratione, secundùm Bald. in l. iiij. C. de iu. dot. ¶ Idem vbi statutum odiosum loquitur per dictionem taxatiuam, secundùm Bald. in l. fi. C. de interdic. matri. ¶ Idem, vbi imponitur pœna priuationis, quia illa nunquam imponitur, nisi lex expressè hoc dicat, secundū Bal. in authen. ex testamēto. C. de colla. per text. in §. sin autē, in Authēt. de non eligen. secundò nuben. facit glos. in c. fin. in fi. de iure patro. cum concor. Et de ista materia, quæ valde dilatabilis est, dic, vt etiam traditur per Domi. in c. relatum. 37. distinct. & 44. distinct. in Sum. per Bald. in Spe. in titu. de disputa. & al. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. & in l. iij. C. de instit. & subst. & in l. si extraneus. ff. de condic. ob cau. per Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. per glos. in c. de quibus 20. distinct. & in c. consuetudo. 1. distinct. per Bald. in l. si te. C. de infam. & l. transigere. C. de transact. & in l. ij. in princip. C. quæ sit lon. consue. & Domi. Abb. in c. de multa. infra, de præben. & in c. ad audientiam. de cler. non resi. Et ibi dicit, quod sicut casus exceptus à iure extenditur ad similem casum per identitatem rationis, vt optimè probat c. cùm dilecta. de confir. vti. vel inuti. ita casus exceptus à statuto extenditur ad similem, vbi statutum disponeret nō contra ius, sed præter ius. Sed vbi disponeret contra ius commune, vel præter, dicit quòd fortè diceremus oppositum, quia casus à statuto non prouisus debet remanere in dispositione iuris communis. l. commodissimè ff. de libe. & posth. ¶ Et istud multum declarat prædicta, quòd si aliqua dispositio non legalis disponit in vno casu, ille non trahitur ad similes, in quibus ius commune aliter disposuit, quia casus omissus & c. ¶ Sed prædicta procedunt, vbi casus omissus non est decisus à iure communi, vt etiam per dom. Abb. hic Et ad hoc seruit

elegans

a Omnino simile. *Adde tamen tex. 1. q. 1. sicut veteri. & ibi glos. in verbo, Ergo, & c. cùm ergo. & Bart. Cepol. in c. 1. IIII part. principali, in IIII. col. de cognit feu. quòd non procedit dato vno dissimili.*

Quod intellige, dato dissimili illo casu, licèt in alijs sit similitudo, c. cùm dilecta. de confir. vtili, vel inuti. Et debet dissimilitudo probari per allegantem. Lud. Potest in l. IIII. §. hac autem. de dam. infec. & Alexand. in l. iura. de le. & Spec. in tit. de dist. & allegat. §. post hæc versicu. iuribus. & seq.

b Simile. *Vide domi. Alexan. in l. quod Nerua. ff. depositi. Et adde quòd secundum Physicum & Philosophum, simile non est idem. l. non possunt C. de legi. & l. ad similitudinem. C. de episco. & cler. & adde Bart. in d. l. quod Nerua. in fi. versic. oppo. nullum simile. & Bald. in l. meminimus. in versicu. not. in §. cùm igitur. C. de leg. hæred.*

c Per iudicem. *Adde Bal. in addit. ad Specul. in titu. de dispu. & alle. ver. si statutum dicat.*

elegans consiliū Pet.Anch. 351.quod incipit, Ex serie testamenti. vbi ꝯsuluit,ꝙ substitutus filio nascituro,nō est vocatus,si filius nunquam nascitur,licèt tunc videat̄ prima facie fortius vocatus: quia iste est omissus. Ergo &c. Et dat doctrinā, ꝙ casus contingens prӕter ordinationem disponentis nunquā includitur, ēt si sit,in eo maior rō disponendi. Et mouetur præcipuè per tex. optimū in c.cui de non sacerdotali.de præben.in 6. ¶ Quod fortè locū habet in dispositione hominis, sed in statuto fit extensio ad casum omissum ēt odiosum ex maioritate,vel identitate rōnis,vt fortiter probat Sali. in quodā cons.qđ est in consilijs Pet.de Anch.cōsi.345. incip. in q̄stione prædicta arguitur ad partes.¶ Et intelligerem, vbi per talem extensionē non veniretur contra ius, vt supra dixi.Et pro istis facit elegans consiliū Dom. Abb. 17.qđ incipit,Stante statuto.vbi dicit, ꝙ si statutum prohibet mulierē testari irrequisitis filijs,vel nepotibus, vltra certā summā,nisi ī casu necessitatis,ꝙ qn̄ ipsa alienat in isto casu necessitatis,non tenet̄ eos requirere, ꝙ iste casus ut omissus remanet in dispositione iuris cōis,vt ibi p̱ eū Cętera dic,vt in locis præallegatis.¶ Vltimò tāgit hic Do-
13 mi.Abb.vtrùm † lex,vel statutum possit semper èxtendi ad similem casum?Et pro nunc transeo cū dictis suis, quia ad attingendum pefectè materiā opus esset longo tractatu.Sed remitto ad solēnem tractatū dn̄i Matthæi de Matthe.de extensione,& ad notata per Imo.in l. si verò.§.de viro.ff.solu. matr. & Dom.Anto. in repetit. c.fi. infra de consue. & per Dominicū in c. 1. de tēp. ordi. in 6.& Inn.in cle. 1.de elec. Et quāuis pelagus sit amplissimum,tn̄ rememoro quatuor dicta quotidiana. ¶ Primò,ꝙ licèt in materia correctoria procedat̄ strictè, & non fiat extensio,vt per gl. in cle. vt hi, qui. in versi. eisdem.de æta.& quali.tamen vbi agitur de salute animæ, & euitando peccato,dispositio correctoria & odiosa de tali materia loquens extenditur ab identitate rationis. Fuit theorica Ioan.And.in c.ex tenore.infra qui fil. sint leg.& sequūtur ibi Dom.Ant.& Dom.Abb.Idē no. Bar. in authe sacramenta puberum.C. si aduer. vendit. versi. q̄ro,vtrùm ista authen.habeat locū in casibus. & Dom. Abb.in c.quæsiuit,infra de diuor. & Dom. in c. pro humani.§ fi.de hom.in 6.& Dom.Ant. in c. ad eminentiā. in fi. infra de senten. excom. & Lud. in l. sequitur. §. si viam ff.de vsucap.& Imo.in repet.c.cùm contingat infra de iureiuran. Et istud seruiet ad multa. ¶ Aliud est
14 notandū,ꝙ † lex,quæ aliàs non extendit̄,si est facta in fauorem reipublicæ,pōt extēdi ab indētitate rationis. Fuit doctrina Bart. in l. si constante. in 9. q. ff. sol. matr. & in l ij.§.exercitus.per illum tex.ff.de his, qui no.infa. & in l. quemadmodū.C.de agr.& censi.li.11.& exclamat Lud. Rom.de hoc consi.105.inci.In Christo &c. Viso themate.Et ex hoc consuluit Pau.de Cast.consi. 23.incip. Viso puncto.ꝙ statutum Brixię,per qđ Potestas pōt cōmittere appel.à diffinitiua, extendi pōt ēt ad appellationē ab interlocutoria,quia in hoc versatur vtilitas publica, ne cogantur ire Venetias pro impetratione commissionis. Sed potius fuit dictum de diffinitiua,quàm de interlocutoria:quia de illa poterat esse maius dubium,cùm sit maioris importantiæ. et hoc no.¶ Tertiò no.ꝙ vbi constitutio esset elusoria,si non extenderetur,tūc ēt si sit exorbitans & correctorio, extenditur.¦Probatur ex gl.in cle. 1.de sepult.in versi. sepelit̄. in fi. in qua habes exemplū. Et est optima gl.in c.quanquam.in gl.fi.de vsu. in sexto. extendens illā cōstitutionē odiosam de testamēto ad codicillos & omnē vltimā volūtatē,ne sit elusoria. Et hāc doctrinam multùm not.Ioan.de Ana.in rub.de apostatis.& dicit Do. Matthæus in dicto tractatu, se habuisse hāc doctrinā Dom.Ant.de Bu.dū sub eo disputando sustinuisset:& facit ca.si ciuitas.ibi,ne vilipendi valeat, de senten.excom.in sexto. & in l. non dubiū. ibi, nec pœnas insertas.C.de leg.& c.commissa.§. 1. de elect. in sexto.¶ Quartò no.quòd licèt Bartol. in l. 1.ff. de verb. signifi.dixerit,quòd lex non potest extendi, quando in ea non est expressa rō, tn̄ Bal. in l. maximum vitium. C. de liberis præte.in pulchra q. limitat hoc non p̱cedere, qn̄ cognoscimus,ꝙ solum vna ratio potest reddi: quia ex illa coniecturata possumus legē perinde extendere, ac si esset in l. expressa: & hoc per not. reassumit Pau. de Cast.cōsilio suo 334.& Do.Abb.in c.fi.de rescrip. & Do. Philippus in c.suggestum. in prin. de appel. inducens ad hoc illū tex.& Pau. de Cast.ꝯsil.347. & pulchrè Imo. in l.fi. versi.& nota diligenter.ff.de hęred.instit. & facit gl. fin.dū dicit,nā ob quā aliā,in l.quāuis.C.de fideicom.& qđ not.Sali.in l.si serui vestri.C.de noxa. & sequit̄ ēt D. Abb.in c. cum inter vniuersas.j̃. de elec.Et ista sufficiāt tanq̄ magis quotidiana.Reliqua dic,vt ī locis p̄allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Veniens contra legem,an semper peccet mortaliter.*
2 *Lex præcepti qualiter cognoscitur.*
3 *Quando materia subiecta est præcepti, qualiacunque sint verba legis vel canonis,impropriantur,& important præceptum.*
4 *Si non est dubium,quòd materia sit consilij:tunc qualiacunque sint verba,impropriantur,vt importent consilium.*
5 *Vbi non constat, an verba sint præcepti,vel consilij, attendantur eius verba,an sint consilij,vel præcepti.*
6 *Et quæ sint illa verba,vide in sequentibus,num.7.& 8. Et vide ibidem pulchras limitationes.*
9 *Religiosi si veniunt contra regulam suam,an semper peccent mortaliter.num.10.excipit tres casus,vt num.11.& 12.*
13 *Veniens contra statutum laicorum,an peccet.*
14 *An ratione partis falsæ posit licitè negari tota dispositio.*

CAPITVLVM IIII.

NAm Concupiscētiā.
¶ Omne p̱hibitum à lege peccatū est,
1 qđ sequitur ex eo H. D. Tangunt hic Doct.vtrū † veniens contra legē semper incidat in peccatum mortale? Et dic regulariter, ꝙ sic,per c.2. de maio.& obed.& c.quod præcipitur. 14. q.1.notat Bart.in l.si quis pro eo.in 5.membro. ff. de fideiuss. & D. Card. post Matthæum in cl.2.de vi.& ho.cl.& in cle. dudū.§.fi.de sepul.& Dominic post Archi.& Io.And.in cap. detestanda.de conces.præben.in sexto. etiāsi sit lex principis secularis,vt not.gl.in cap.quis autem.10.dist.etiāsi sit statutum municipale,vt sentit gl.3.in c.2.de ꝯstitut. in sexto, quā ibi notat Dominic.& idē in legibus ciuilib. vt dixi in cap.1.in sexto fallentia, ad fin.suprà eod. Amplia, ēt si in l.p̄ceptiua sit alia pœna imposita, s̄m Dominic. in capit.p̱petuæ.in notabilibus,p̱ illū tex.de elect. in sexto. & dicit ad idē esse optimū tex.in c. commissa. in fi. eo. tit.& lib.& ibi hoc ēt repetit Dominic.Et dicit idē Dominicus in cap.in noīe dn̄i. 23. dist.ꝙ licèt electio facta de papa non seruata ista forma teneat, tn̄ Cardinales eā omittentes peccant mortaliter. ¶ Hæc intellige, qn̄ lex est p̄cepti,d.c.quod præcipitur.Si aūt est ꝯsilii,regula
a riter non obligat a,nisi in certis casibus, quos declaraui in cap.1.in 3.fallen.s̃.eod. Et aliquid ēt, per Do.Abb.in clem.1.de cele. mis. Et Archi.in c.in malis.12.q.4.¶ Cogno-
2 scit̄ † aūt lex p̄cepti tā ex materia subiecta,q̄ ēt ex verbis,vt hic latè per omnes, & Dominic. in c. denique. §. hęc & si legibus. 4. dist. & Imo. in c. cùm contingat. de iureiur. & Do. Abb. in c.1.de vi.& hone. cle.& in c. clerici. lo grande,tit.eod.& in cle. 1. de testi. De quorū dictis facio tres ꝯclusiones, insertis aliorū dictis,
3 ¶ Prima conclusio.Si † nō est dubiū, ꝙ materia subiecta est p̄cepti,tunc qualiacunque sint verba legis, vel canonis,impropriantur,vt importēt præceptū. Probat̄ in cap.rogo.& ibi glo.& Archi.11.q.3.& in c.reuertimini. 16.q.1.iuncto dicto Archi.ibi,dum exponit, Hortor, id est,p̄cipio.Facit cap.1.in vers.hortamur.j̃. de testa. & gl. in cle.1. in eo.vers. de testi. & in cap. sicut inquit, in eo

a Non obligat. *Adde text. 2. q. 6.qui desistat. & c.2. in fi. de maior. & obed. & xiiij.q.1. c.fi.& per Abb.in c. omnis.de pœn. & remissio.*

ver.2. q. bonus tex. in cle. exiui. ver. itē qa præſ. de verb.
ſign.& not. Arch. in c. ignorantia. 38. diſt. & gl. in c. notū.
2.q.1. etiā ſi eſſent verba denotantia ꝯſiliū reuerētiæ, vt ꝑ
gl. in c. ad aures. de æta. & quali. in ver. ꝯſulis, cū concor.
quas dedi in d.c.1. in 3. fallentia. ſupra eod. ¶ Secūda cō-
4 cluſio. Econuerſò † ſi non eſt dubiū, ꝙ materia eſt ꝯſilij:
tunc qualiacunq; ſint verba, impropriātur, vt importēt
ꝯſiliū. Probatur in d. c. dilectiſſimus, cum gl. in ver. præci
pimus. 12.q.1. & in c. ſi quis ingenuus, cōiuncta gl. 1. in fi.
29.q.2. & in c. hac rōne. 31.q.2. Et benè facit, qđ not. gl.
fin. in c. non ſolū. 28.q.2. & gl. in l. cū pater. §. interdū. ff. de
leg.2. & gl.2. in c. qui partē. 60. diſt. & in ca. dño ſancto. in
ver. neceſſe. 50. diſt. & in c. mandaſtis. 2.q.5. & in cap. Gui-
liſarius. in ver. mandauit. 23. q. 4. ꝓbatur in cap. magnæ.
de uoto. in ver. vouete. iuncto cap. 1. in verſi. liberum. eo.
tit. & in l. age. C. de tranſactio. & in l. 2. ff. māda. & Inſti-
tut. eod. tit. §. 1. no. Bart. in l. 1. C. de pact. & Dominic. in
ca. ſponſus. ad fi. 23. diſt. & pulchrè Archi. in c. ignoran-
tia. 28. diſt. Ex cuius verbis dicit ibi Dominic. no. ꝙ ver-
bum, Monitionū, ſtat præceptiuè, qñ profertur in mate-
ria præcepti: & ecōtrario verbū præcepti ſtat monitiuè,
5 qñ materia nō eſt ꝓcepti. ¶ Tertia concluſio. Vbi † non
cōſtat, an materia legis ſit ꝓcepti, vel cōſilij, & pōt habe-
re ſe ad vtrunq;, tunc attendūtur eius verba, an ſint con-
ſilij, vel ꝓcepti: & ſm illorum naturā denominat̄ lex. Da
tur exemplū, ſi lex diceret, Inhibemus: nam ęquipollet
inhibitio ꝓcepto, ſm Arch. 56. diſt. in Summa, in fi. vbi
dicit, ꝙ in expreſſa ꝓhibitione ſemper continetur præ-
ceptum. Idem de verbo Interdixit, c. interdixit. 32. diſt.
Et allegat hìc do. Arch. in c. ſi non licet. 23. q. 5. vbi hoc
nō dicit. Idem de verbo, Iniungimus, ſm glo. in cle. quia
contingit. in ver. iniungimus. de relig. do. Et de verbo,
Iubemus, no. gl. in cle. paſtoralis. in ver. de more. de re
iudic. & in cle. præſenti. in ver. iubemus. de cenſi. & ibi
do. Abb. Idem, ſi dr̄, Mādamus, ſm do. Ant. & Imo. hìc,
& Arch. in §. hęc & ſi legibus. 4. diſt. vbi concludit, quòd
conſtitutio in dubio dicitur præcepti, niſi ratio ſubie-
ctæ materiæ, vel verborum aliud inducat. Et adde, quòd
ſi lex loquitur per verba exhortatiua vel conſultatiua,
non ligat contrauenientem ad peccatum, d. §. hæc &
ſi. & d. c. quod præcipitur. Et de verbo, Oportet, ꝙ ſit ne-
ceſſitatis, allegat hìc Do. Ant. gl. in c. dño ſancto. l. diſt. &
eſt gl. in l. 1. in verbo, oportet. ff. de iuſtit. & iure. Et ali-
quando eſt honeſtatis, ſecundùm ſubiectam materiam,
vt not. gl. in c. 5. in verſi. oportere. 25. q. 2. de qua memi-
nit gl. in c. 1. in ver. oportet. de præſcrip. in ſexto. & idem
6 do. Abb. in c. fin. in pen. col. quod met. cauſa. ¶ De † ver-
bo autem, Debet, ꝙ ſit neceſſitatis, vide gl. in cle. atten-
dentes. in ver. debet. de ſtatu mo. & Bartol. in l. 3. C. de
pig. quem ſequitur Io. de Ana in c. 3. ĩ. de adul. Et limi-
ta, niſi iungatur cum ver. ſapiente conſilium, vt ſi dicat
humiliter debet, ſm gl. in c. teſtamentum. in ver. debet.
vj. diſt. & Dominicus hìc. Et de hoc etiam per do. Abb.
in c. cum locum. infra de ſponſ. & in c. intelleximus. ĩ.
de iudic. & in c. 1. de do. & contu. & in c. cū ſuper. de cau-
ſa poſ. & propri. & in c. 1. de deſponſ. impub. Et ibi dicit
per illum tex. ꝙ ratione ſubiectæ materiæ pōt verbū, De
bet, importare honeſtatem, ēt vbi additur verbū, Omni-
no, per illum tex quem etiā ꝓ caſu ſpeciali allegat glo.
in d. cle. attendentes. ¶ Adde iſtis gl. in l. ſæpe. ff. de offic.
præſi. quæ dicit, ꝙ verbum, Mando, importat neceſſita-
tem, non tñ adeò præciſam, quin poſ-
ſet per alium expediri. Sed verbum,
a Præcipio a, operatur, quod nō ꝑ aliū:
& ſequit̄ Imo in clem. ſępe. de verbo.
ſign. & Bald. in l. legis virtus. ff. de le-
gi. Et ꝙ præceptum magis arctet, q̄ mā
datum, vide Card. in cle. fi. in 1. q. ad
fin. de procu. & in c. quoniam Abbas.
de offi. dele. & in cle. 1. in octauo notab.
de iudi. ¶ Et eſt vtilis dicta differentia
7 in alio, quia † ſi committitur cauſa per
verbum, Præcipio, ĩ materia, in qua po
terit iudex procedere vt ordinari⁹, effi

a Præcipio. *Quòd verbum, præcipio, differat à verbo mando, vide gloſ. & Alex. in l. & quia. de iuriſ. om. iud. & gloſ. & Alexan. in l. ſæpe. de offic. ꝓsb. alle. in tex. & Arch. xiiij. q. 1. quod: præcipitur.*

citur delegatus: quia commiſſio fit alio modo, quàm
ineſſet, cùm ex hoc non poſſit delegare, vt aliàs poſſet.
Et ad hoc vltimum vide gl. & Doc. in c. cum aliquibus.
in ver. facultatē. de reſcript. ĩ ſexto. Et gloſ. fi. in c. hi, qui.
de præben. in ſexto. Et gl. pen. in c. licet. vbi bonus tex.
de offi. ordin. & tex. in c. graue. eod. titu. cum concor.
Et ꝙ verbum, Mando, non importet regulariter neceſſi
tatem, vide Arc. in c. quiſquis. 14.q.1. Et quomodo man
datum eſt vltra ꝯſiliū & citra præceptum, vide Archi.
omnia in c. quod præcipitur. poſt prin. ea. cauſa, & quæ
ſtione. ¶ Et iſtis adde Imol. in c. eam te. per illum text.
infrà, de reſcript. & Roſ. in rub. de ac. manda. in libellis
iuris Canonici, vbi non admittit differentiam inter mā-
datum & præceptum, quia non eſt de iure ſcripto. ¶ Sed
* tñ prædicta tenentur cōiter, * vt etiā per Spec. in ti. de le-
gato. § reſtat. ver. ſed licèt tunc mandatum. & in §. fini-
tur. ver. ſed pone de facto. & per Imol. in cle. fi. ver. ſe-
cundò quæro. de procur. & in l. qui in aliena. §. is putat.
ff. de acqui. hære. & Barto. in l. ij. C. communia de leg. &
Bald. in l. pen. C. qūo & qñ iudex. & Rom. in l. j. §. j. ff. ſi
7 quis ius di. non obtemp. ¶ De † aliquibus aūt verbis fit
dubium, putà de verbis imperatiuis, & concluditur, ſm
Do. Ant. Do. Abb. & Imol. hìc, ꝙ aut conſuetudo eſt in
troducta ſuper hoc, & illi ſtatur, c. cum dilectus. de con-
ſue. & bene probatur in cle. exiui. §. nos itaque. de verb.
ſignific. Si verò non extat conſuetudo, & materia ſit
in ſe grauis & ponderoſa: & tunc, ſi cauſa fuit cogitata
& ponderata per ſuperiorem, inducit præceptū, aliàs ſe-
cus. Exemplū in dicto Euangelij, Si quis te percuſſerit in
vna maxilla &c. nam illud, Exhibe, non importat præce
ptum, 23.q.1. c. paratus. vbi tex. op ſm prædicta. ¶ Prędi-
cta tñ recipiunt ſex notabiles limitationes. Prima limi-
tatio colligitur ex notatis per Ioā. And. in c. fi. ſuper gl.
de cogna. ſpi. in ſexto, & ibi per Domini. vbi dñt, ꝙ ſi cō-
ſuetudo reſiſtit, vt quia cōiter fit contrariū, tūc attenuat̄
lex loquens per verba præceptiua, adeò vt eius contra-
uentio reputetur leuis culpa. Ad qđ vide Arch. in c. vio-
latores. 25.q.1. vbi ēt latè probat ꝓdictam cōcluſionē, ꝙ
veniens cōtra canonem peccat mortaliter: & maximè,
qñ ex hoc pōt excōicari, per c. ſi quis omnē, 1. q. 7. & c.
generali. & c. ſi qs dogmata 2.q.1. Ergo peccatum mor-
tale, 11.q.3. nemo. Refert aūt Ioan. de Deo dicentem, hoc
verum, qñ ex cōtemptu hoc fit, ſcilicet ꝯtra canones, ꝑ
c. nulli. 19. diſt. aliàs falſum eſt. Quotidie. n. r facimus con
tra honeſtatem & moderamē canonū, & eſt veniale in
quibuſdam, 25. diſt. c. vnum orarium. §. nūc aūt. in fi. Sed
hoc dicit Arch. ſe intelligere ſm id, quod habet̄ in c. qa
per ambitiones. ibi, non reſpicientes 64. diſt. & ita reli-
det, volens, ut puto, ꝙ hoc non procedat, vbi obſtinatè
quis perſeuerat, per illum tex. Quomodo autem co-
gnoſcatur contemptus, dixi in c. primo. in 3. fallentia,
ſupra eodem. ¶ Secūdò limita, niſi id, quod lex præcipit
fundaretur principaliter ſuper utilitatem eius, cui māda
tur, nam tunc materia nō pōt dici præcepti, ut dicit
tex. & ibi gl. in l. cùm pater. ff. de legatis ſecundo, & ple-
nè Ioan. de Imo. in c. cùm cōtingat. uerſ. Dom. Ant. hìc,
infrà, de iureiur. ¶ Tertiò limita ex eo, quod ſingulari
ter dicit beatus Thomas in hac materia, ſecunda ſecun-
dæ, q. 186. art. 9. in reſponſione ad ſecundum articulū, dū
dicit, ꝙ ubi lex loquitur per uerba cōia, putà Statuo,
uel Decerno, uel quid ſimile, tunc non obligat contra
uenientem, ſaltem ad mortale, quod reputat hìc Dom.
Abb. multum notabile, & aſſignatur ratio, quia ſicut
non omnis contrauentio legis inducit mortem tem-
poralem, ita non debet inducere mortem æternam. Nā
quodlibet mortale eſt morte dignum, uigeſimaquinta
diſtinctio. §. cernimus. Et ex quo lex aliquando loquit̄ ꝑ
uerba ſtrictiſſima, aliquando per uerba non ita ſtricta,
debet eſſe differentia in quantitate peccati. Qđ facit ad
cōſtitutionem religionum, in quibus dicitur, Statuimus
Ordinamus &c. ¶ Sed conſidera, quia in dubio uerba
important ꝓceptum, ubicunque ratio ſubiectæ materiæ,
uel uerba ipſa aliud non demonſtrant, ſm Archidia.
in d. §. hęc & ſi legibus. & Dom. Anton. & Imo. hìc

Et dicta

Et dicta verba. Statuimus, Ordinamus, & similia, sunt apta importare præceptum. Ergo &c. ¶ Item, quia stat regula c.si quis.de maiorit.& obedientia.in ver.non obedient.& capit.qui resistit.11.q.3.dicens peccare mortaliter non obedientē ordinationi superioris prælati. Quòd verbum, Decerno, importet necessitatē, probat tex. in d. §.hæc & si legibus.ibi,decretam necessitatē importat, & expressè not. Arch.in c.1.76. dist super ver. decernimus. dicens,ꝙ importet necessitatē.& sequit̄ Do.Ant.hic, dicens,se ita r̄ndisse vni magistro.¶ Ad illud, ꝙ nō omnis contrauentio debeat inducere mortale,dici pōt, ꝙ quāto lex strictiùs loquitur,tanto grauior est cōtrauētio; ga ēt in peccato mortali est dare gradus, iuxta notata in c. cùm quidā.supra.de iureiu. Et hoc erit peccatū mortale,licèt non in tāto gradu,sicut qn̄ verba sunt strictiora. Poteris tn̄ cogitare.¶ Quartò limita ex eo, qđ not. Do. Abb.in c.licèt ex quadam.infrà de testib.vbi dicit, ꝙ ius diuinum est de necessitate salutis,non sic ius hnmanū;& allegat Archi.in c. vtinā.76.dist.vbi dicit, ꝙ licèt veniēs cōtra ius diuinū semper peccet mortaliter, a non tn̄ sic ligat̄ veriens ꝯtra ius humanum. Nā pōt euitare mortale, si habet aliquam causam rationabilē cōtraueniendi, & remittit se ad dicta sua hìc, vbi tamen hoc attingit: vide latiùs Archi. in d. loco,vbi expressè ponit hanc differentiā inter ius diuinū. Et sic.no. ꝙ vbi lex human est inducta certo respectu; contraueniens legi,& nō illi respectui,nō peccat. Ad qđ vide omnino Do.Abb.in c.qm̄ ꝯtra.de proba.in vlt.notabili,& qđ dixi ibi,& in cap.1. in sexta fallentia, suprà eodem. ¶ Quintò limita ex dicto Bal. in l. ab eo. ver. sed quid si pp.C. qūo & qn̄ iudex. vbi dicit, quòd si errat in subtilitatibus legum, non peccat mortaliter: & ideo veniens ꝯtra legem,quia non intellexit eius verum sensum propter obscuritatē, excusat̄; b & allegat Innocent. in c. per tuas. de symo. Benè facit, quod not. Do. Car. in cle.fin.in 4 quæst.de reg.& in cle.in 1 in 25.q.de reb. eccles. non alie & in cle. ī in §.sanè.in 3. opp. de vsur. & Bald.in l. 1. C. de errore cal. & in l. 1. C. de no. C.compo.& per oēs in l. cum prolatis. per illū text.ff.de re iud cum ꝯcor.In q bus error iuris obscuri,vel quò ad ignorantiam, vel quò ad inualiditatem actus,non consideratur.¶ Sextò declara prędicta,vt † non procedant in religiosis ꝯtrauenītibus ꝯstitutionibꝰ regulæ.Sed in ipsis dic,vt ꝑ beatū Tho.secunda secundæ,quæst.186.art.9. quem refert & sequitur Arch.in c.1.27.quęst. 1. & Do. & Imo. hìc, concludentes ꝙ non oīs contrauentio regulæ obligat ad mortale, per dict. cle. exiui. sed considerantur verba cuiuslibet capituli regulæ,aliàs vita religiosorū esset periculosior,contra c.nos nouimus 17.q.

a Mortaliter. *Adde Bart. in auth. sacramenta. C. si aduer. vend.*

b Excusatur. *Sed quid si peccatum inest legi, statuto, vel consuetudini? Dic, quòd non valeat lex, statutum, vel censuetudo. Ergo &c. vt per Specul. in titu. de disput. & alleg. §.v. vers. sed* 6 *nunquid in causa. Vnde adde, quòd illud statutum, quod sine peccato seruari non potest etiam veniali, dēt cassari, c. fi. & ibi Sicul. in 1. col. ver. nor. abolēdam. & Doct. de præscript.*

10 2.Nec obst.ꝙ † veniant contra votum, quo solēniter ꝑmiserant seruare regulam,quia professio nō refertur ad omnia contenta in regula, sed solùm ad tria substantialia regulæ: & veniendo contra ista, obligantur ad
11 mortale,in † alijs solū ad veniale,nisi in tribus casibus. ¶ Primò,vbi ex contemptu contrauenit, secundū prædictos: quibus adde, quod dixi in terminis in c. cùm quidam.ĩ.de iureiur.¶ Secundò,nisi assumeret in consuetudinem; quia veniale per consuetudinem efficitur mortale,vt in d. c. vnum.§. criminis.25. distinct. secun-
12 dum Dom.Abb.hìc.¶ Tertiò,vbi † quis veniret cōtra præceptum, siue oretenus à prælato factum, siue in regula expressum:quia hoc esset facere ꝯtra obedientiæ votum, sm̄ beatum Tho. vbi s̄. Ista reassumit eleganter Do.Abb.in c.relatum.ĩ.ne cle.vel mona.sentiens, ꝙ inter Prædicatores & Minores nō sit illa differentia,quam ibi not.Hostien.Et adde,ꝙ consuetudo longissimi temporis tolerata per superiorem monasterij excusat ꝯtrauenientes regulę ēt in verbis pręceptiuis, & probat̄ rationibus,de quib.ꝑ eū.Pro quo bn̄facit,qđ no. Do. Car. in c.cùm ad monasterium.ĩ. de sta.mo. vbi dicit, ꝙ si in certo monasterio nō est memoria,ꝙ esus carniū sit prohibitus,assumēs de nouo habitum, nō peccat sequendo mores aliorū,maximè Papa sciēte.& tolerāte, Et idem dicit de alijs rebus ꝯcernentibus solēnitatē. Et sequitur ipsum Do.Abb.in c.Deus, q. de vita & ho.cle.ꝯfirmans ex dictis beati Tho.de quibus suprà.Et per rōnem; quia si votū pariter ꝯcerneret omnia ꝯtenta in regula, frustra specificè notarent̄ illa tria, paupertas & c. vt fit in c. cùm ad monasteriū. in fi. Per qđ apparet, ꝙ ꝯtenta in regula non ligant ex voto,vt ibi per eum,qui fortè vt iu iudex in causa propria sępe ista reassumpsit. Et adde Bal. in l.fi.in vlt.q.C.si ser.extero.vbi dicit,ꝙ religiosi tenentur ad tria substantialia regulę ex voto, sed ex accidenti ad orōnes,& ieiunia, & obseruantiā suarum constitutionum,& super his posset dispensari,licèt ꝯtra substantialia nō. Allegat Archi.qui hoc dicit in c.1.de relig.do. in 6.& ibi aliquid per Dom.& per eundem in c.2.de cōsti.in 6.Pro quibus vide Arch.in c.de monachis. 16. q. 1.
13 vbi idem repetit.¶ Quid †aūt de ꝯtraueniente statuto laicorū non habenti ꝯcursum legis diuinę, vel canonicę,an incurrat peccatū? Vide Inno.in c.cùm contingat. vers.& sic per p̄dicta,de iureiur.vbi probat,ꝙ non, quia laici nequeunt obligare ad peccatum, & reputat hoc nouū, & ab alijs nō tactū;per quod dicit aperuisse viam veritatis in artic difficili, de quo ibi per eū. Sed an istud dictum sit verū,recurrere oportet ad ea,q̄ dixi in c. 1. in 6.fallentia,suprà eodē. & notata in locis ibi allegatis, vt ēt dico in repetit.c.ecclesia. in j. q. prope princip. ĩ.eod. Et de istis sæpe interrogaberis. ¶ In glo.2. in fi.Not.ꝙ licitè negatur cognitio totius subiecti rōne partis incognitæ.Ex quo inferunt Dom.Ant.Imo.& Dom.hìc, vtrum
14 † rōne partis falsæ possit negari tota positio.Et quia ipsi non instant, dic, vt per glo.in c.2.de confess. in 6. glo. magna,& in c.p̄sentium,ī vers. sigillatim. de testi.in 6.ꝑ Do.Ant. in c. cum Apostolus.ĩ.de cēsi.per eundē, & Do. Abb. in c.vnico.de plus peti.per Do.Ant. & Inn.in c. dilecto de maio. & obe. per Bal.in c.1.s̄.eodē,per Spe. in tit. de lit. contest.§ nunc dicēdū circa princi. & in tit.de posi.§.7.vers.11. & ibi Io. An. per Dom.in d.c. 2. & in c.non loca. 40. dist.per Pe.de Anc.in d.c.2.ꝑ Paulū de Leaza.in cōmēto c.ex parte.ĩ. de confes.per Bald.in l.2. qđ obseruari. C. de iur.cal.per Ang.in l.si quis cùm totū.ff. de except.rei iud.ꝑ Bal ī l.1.C.de lit.ꝯtest.& in l.ea,q̄.C. de ꝯdi. inde. ꝑ Bart. & oēs alios in l.1.§. si quis simpliciter. ff.de ver.obl.per Do.Car.cōs.38. incip. quidā habens vnū filiū.¶ Et breuis cōclusio est,ꝙ non debet negari tota positio,c sed admitti pars vera,quia petēs totū,non vr̄ excludere partē. ¶ Limitat̄ hoc primò,nisi faciens positionē ꝑtestet̄,ꝙ non vult habere partem, quia tūc pōt totum negari, sm̄ glo.in d. c. 2. facit c. cùm apostolus. de censi. & c. cum ad quorundam. ĩ. de exces. prælа. ¶ Secundò limitatur, nisi materia sit indiuidua; quia poterit tota negari, ex quo confitendo partem confiteretur totum, secundùm Bartol. in d. §. si quis simpliciter.¶ Tertiò limitatur, nisi petens petat id, qđ est debitum,sed qualificatè: puta in diem, vel sub conditione: quia negari potest,& tunc non censetur esse debitum,ex quo est sub conditione contractum. Qualitas enim facit rem censeri omnino diuersam, d. l. 1. §. si quis simpliciter. & latiùs in dictis locis. Et hodie inoleuit practica, quòd faciens positionem dicu'

c Tota positio. *Adde do. Alexā. in l. 1. si stipulanti. de verb. obl vbi etiā per Bart. qui tenet idē per tex. in d. l. si quis cū totum. de except. rei iud. supra. in tex. alleg. cius opin. est cōmunis, * secundū Alexā. ibi. qui dicit verum, si sit falsa in parte, in quantitate non: si in qualitate, tūc pōt tota negari. Et sic, dicit ipsē, debere intelligi d. glos. in c. ij. de cōfess. in v 1. suprà. in tex. alleg. & in c. præsentiū. de test. eo li. quicquid dixerit Bal. in d l. ij. §. ꝙ obseruari. supra alleg. in textu, C. de iuramen. cal.*

petatur

petatur de tanto:& ſi non credit de tanto,dicat de quan
to,ſecundùm Angel.in dicta l. ſi quis cùm totum. ff. de
except.rei iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutiones Decretorum ſunt præferendæ ſingularibus opinionibus.*
2 *Verbum, Prudentiæ tuæ, poſitum in reſcriptis, qualiter accipitur.*
3 *Dicta ſanctorum Patrum ſunt imitanda. Vide fallentias tres ſuper hac ſententia, num. 4.5.6.*
7 *Caſus, in quibus dicta ſanctorum Patrum prȩualent dictis Papæ.*
8 *Sancti patres quando habent inter ſe diuerſas opiniones, quæ præualeant.*

CAPITVLVM. V.

1 NE innitaris. ¶ Conſtitutiones † Decretorum ſin
gularibus opinionibus præferendæ
ſunt. H. D. Et vide bo gloſ. in c. 1. in
gloſ. 2. 74. diſt. ¶ In tex. ibi, prudentiæ
tuæ. No: ſm Dom. Ant & Dom. quòd
2 † hoc verbum, Facias ſm prudētiā tuā,
intelligitur ēt de prudentia à iure non informata, ēt ſi di
rigatur ad perſonā aliàs in iure inſtructā. Quod no. pro
arbitris, quibus dat̄ poteſtas, vt faciant ſm prudentiam
ſuam. Sed Imo. & latiùs Dom. Abb. hic tenent ꝯtrariū:
quia licèt hìc ponantur impropriè pro malo ſenſu, vt de
notant alia verba, tn̄ aliàs intelligitur prudētia volūtas
ſubmiſſa rationi: nam vbi deficit ratio, eſt fatuitas, non
prudentia. Pro hoc, quia verbū, Placet, & multa ſimilia
huic verbo prudentia, important arbitrium boni viri, vt
latè dixi in c. 1. s̃. eod. Et adde, ꝙ intelligendo de prudē
tia mala, non eſt ſuperflua iſta decretalis, attento c. 1. s̃.
eo: qa hìc addit̄ de dictis patrū vltra id qđ ibi dr̄ de cano
nibus: nec eſt de indubitabili iſte tex. intelligendo de ma
la prudentia, qa plerunq; vitia oppoſita virtuti mētiunt̄
ſe virtutes, vt in c. ſæpe 41. diſt. Opponit̄ aūt prudentiæ
aſtutia, dolus, fraus & ſimilia, vt latè per beatū Tho. 2. 2.
q. 55. p totū. Et iō ne quis opinet̄ talia vitia tanquā pru-
dentia, p̄dominari dictis ſanctorum, inducta eſt hæc au-
thoritas. Et de hac virtute prudentiæ, & quotuplex ſit,
& de multis alijs, vide beatum Tho. ſecunda ſcđæ. q. 47.
cum ſeq. ¶ In tex. ibi, ſanctorum patrū. Colligere regulā
3 ex tex. ꝙ † dicta ſanctorū patrū ſunt imitanda. Ad idē
text. 20. diſt. c. 1. & fi. & c. cùm Apoſtolica. & ibi Dom.
Abb. de his quæ fiunt à præla. No. Inno. in c. cùm venera
bilis. de except. bo. text. in c. ſunt nonnulli. in ver. tan-
torū patrum. 16. q. 1. & in c. ſancta Rom. 15. diſt. vbi dicit̄,
ꝙ debent ſeruari vſq; ad vnum iota: & eſt gloſ. in c. noli
meis. 9. diſtinc. & illud eſt regulare. ¶ Fallit primò, vbi
4 † ſunt dicta retractata, prout fecit Auguſtinus, qui mul-
ta de ſuis dictis retractauit, vt in lib. ſuo Retractationū,
ſm oēs. Ad hoc facit c. quodam loco. 26. q. 3. et faciūt, q̄
de ſtatutis & legibus correctis dixi in c. 1. in 2. fallētia, s̃.
5 eod. ¶ Fallit ſcđò, qn̄ † inter eos eſt varietas, quia licèt
eligere opi. quā quis vult, ſm Ioan. An. hic, quē oēs ſe-
quunt̄. Dat exēplū de Salomone damnato, in quo ſunt
opin. & de corpore beatȩ Virginis, an fuerit aſſumptum
in cœlū, vt hìc per eos. Quibus adde Bald. idē tenentem
in l. captatorias. verſ. & iō cōſulo. C. de teſt. mili. & Ang.
in l. cùm prolatis. ff. de re iud. & in l. fi. C. de pœna iud.
qui malè iudic. & Bald. in l. reſcr. C. de preci. impera. of-
feren. & Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
de verb. oblig. & beatum Tho. in 4. ſententiarū, diſt. 13.
quæſt. 2. art. 1. ¶ Et quamuis Io. de Fan. in c. hæreſis. 24.
q. 3. dicat; ꝙ eligens ſibi vnam opi. errat, quia eſt in pec-
45 tione primi membri. ¶ Secunda † declaratio huius secundi membri est, ut intelligatur, quando nō certitudinaliter princeps aufert alicui dominiũ rei suæ, secus quando nō certitudinaliter, sed occasionatiuè secũdũ Do. hic. Dat exemplũ; quia princeps potest cogere quẽ, vt cõpromittat super iure suo Pater in c. inter R. ibi, coegit inuitũ. ĩ. de elec. & tñ possibile ẽ, ꝙ arbiter auferat sibi de iure suo. Sed istud nō facit certitudinaliter; qa pōt esse, ꝙ arbiter non auferet. Et ꝑ hoc dicit, saluari posse statuta ciuitatũ, ꝗ disponũt, vt partes cõpellant ad compromissum. Itẽ fit illud ex eã legitima ad lites dirimẽdas, ẜm eũ. ¶ Sed in hoc ꝑñt duo ꝯsiderari. Primò, ꝙ in casu dicti c. cum inter. nō cogit Papa cõpromittere, sed cõponere: & iõ dicit D. Abb. ꝙ attẽto, ꝙ res erat dubia propter pendẽtiã litis. l. quod de

a Episcopatũ diuidere. *Vide omnino gl. ad hoc ĩ l. 2. in versi. castella. C. de offic. præfe. Africæ. & tex. in c. quod translationem. de of. leg. & gl. in cap. sicut. de excess. præla. & 16. quæstio. 1. præcipimus.*

b Cambio. *Facit quod habetur per Bald. in c. 1. §. ad hoc. de pace iur. fir. & per Alex. in l. prohibere. §. planè. quod vi, aut clam.*

c Dare consanguineis. *Speculũ habes de Papa Alex. 6. qui voluit eius filium Valentinum regem totius Italiæ creare, & res & bona ecclesiæ in turpes vsus vsque ad vltimum eius vitæ cõsumere: & Dominus oĩpotẽs iustus, bonus & misericors, qui punit & præmiat, cle. dudũ. § fi. & ibi Car. de sep. ecclesiam suã & Italiã totam liberauit, eos, secũdum eorum merita puniendo & præmiando. cùm do. Alexan. Papa ex hac vita nondum contentus 16. Augusti. 1503. migrauerit, et filius eius ille tum Valentinus, tum Cæsar nominatus, cùm Valentinus, non Cæsar: imò hodie die 18. Aprilis, 1504. in arce Tarpeia nihil reperiatur. Vnde si tibi placet, quod de eorum vita & moribus aliquid scripsi, vide in apostil. meis & in lec. Sali. super C. in titu. pro soc. & in lect. Ale. sup 4. Dec. q filij sint leg. in ca. qđ aũt. Vnde ad id, qđ hic dicit tex. adde Bal. in l. penulti. C. de bo. quæli. & de pac. Con-*

Constant. §. succes soris. Et Bar. in l. penulti. ff de offi. præsi. & Docto. in cle. 1. de iureiu. & Ioan. And. in addi. ad Specu. tit. de instru. edi. §. nunc autem. vers. quod si imperator, & nota. per do. Socin. consi. 13. incipien. Præsens consultatio est satis. versi. quinto, & fortius. circa si. in 1. parte.

betur. ff. de pecu. ponit Papa illū cogere: qđ intelligitur, ſm eū, solùm in beneficialibus, ꝑ prædicta. Aliàs aūt non credit. ꝙ hoc posset sine cā. Et cā iusta posset ēt esse in quolibet iudice, quando partes diu litigassēt, & res esset multum dubia: qa tunc ēt per excōicationem cogi possunt cōponere, vt est tex. aureus 90. dist. in c. placuit. de quo facit festum do. Abb. in c. humilis. de ma. & obe. in 4. no. & in rub. de treu. & pa & ī c. cum pridē. de pac. & in c. nouit. de iudi. cum ꝯcor. de quib. in c. 2. de mu. peti. Et ex his verbis benè surgit notabilis limitatio ad p̄dicta, vꝫ, ꝙ licet Papa ex sola voluntate in beneficialibus non possit quē priuare beneficio, vt s̄. tamē pōt quē cogere ad cōponēdū: qa in hoc nō est certitudinale damnū per ablationē iuris q̄siti, & per authoritatem Dom. hìc. Itē attentari pōt in compromisso, licèt hoc non probetur ibi. Secundò est considerandum in hoc dicto Dom. vbi princeps, vel statutum cogit ꝯpromittere, nā vr̄ ibi ēt occasionaliter ius auferre: qa si arbiter partem iniuste lędet, non perit ius partis, prout in alijs arbitris, attento, ꝙ ab arbitro necessario pōt appellari, secundū Bar. in l. si. C. de iud. & in l. j. §. interdum. ff. à q. ap. non li. & Bal. in l. diem ꝓferre. §. stari. ff. de arbi. & Pe. de Ancha. in c. ab arbitris. de of. deleg. in 6. cum ꝯcor. de qb. dicetur in c. suspicionis. j̄. de offic. dele. sed æquiparantur tales potius delegatis, q̄ arbitris, vt per D. Ant. & Abb. j̄. in c. fi. de re iud. per D. Abb. in c. cùm olim. ad fi. de rescri. & Bal. in l. venales. C. quādo ꝓuo. non est neces. & in l. imperatores. ff. de transa. Et ideo in ipsis nō ꝓcedit. l. si dictum. §. si ꝯpromi sero. ff. de euic. secundum Bal. ibi, & Pe. de Anc. in d. c. ab arbitris. Et declara, vt ꝑ Bal. in l. j. C. de peri. & ꝯmo. rei ven. ¶Tertia
46 declaratio est, ꝙ† vbi aliàs Papa nō tollit ius q̄situm alteri à iure naturali sine cā, tñ vbi illud ius venit tanquā accessorium ad ius eccl̄asticum, in quo Papa hēt plenior rem ptātem, p̄t sublato principali ēt solo verbo tollere accessorium: qđ aliàs de ꝑ se non tolleret. Ita voluit Inn. in c. 2. j̄. de voto. ꝑ illum tex. vbi Papa tollit obligationem q̄sitam laico disponendo principaliter sup voto. Et sequit̄ ibi do. Anto. nec dissentit hìc do. Abb. licet det alium intellm̄, ꝑ quem probat aliud notabile, ꝙ vbi ꝯ̄ctus laicorum est iuratus, p̄t per Papā tolli cum cā, tollēdo iurm̄, qđ est principale: & sic habes casum, in quo inter laicos disponit super ꝯ̄ctu tpali ad limitationē eius, qđ dixi in prima declaratione ꝓcedentis membri. Et hìc etiam adde bo. tex. in cle. dudum. §. nos etenim. ibi, cōuētiones, statuta & pacta. de sepul. Per quem dicit Lu. Ro. in l. sciendum. ff. de verb. obli. ꝙ Papa pōt tollere nudo verbo ꝯ̄ctus celebratos in spiritualibus, quantuncunq; sint de iure gentium: & dicit illum tex. singularem & vnicum: secus dicit in tpalibus, ꝑ no. hìc. Et istis adde, qđ no. Pet. de Anc. in cap. j. ver. circa hoc occurrit mihi dubium. de consti. in 6. ¶Et pro hac declaratione facit ca. ex literis. cum si. j̄. de iu. pa. ubi aliquādo disponit qs in materia per viam accessionis, in qua nō disponeret principaliter. Facit dictum Barto. in l. inter oēs. §. rectè. ff. de
47 fur. cum concor. ¶Quarta declaratio est, ꝙ† etiam sine cā potest princeps aliquem lædere modica læsione, secundum do. Ant. Imo. & do. Abb. hìc, per tex. in l. quoties. C. de preci. impera. off. vbi princeps dat debitori dilationem, vt interim non possit ꝯueniri à suis creditoribus, in quo non censet̄ eis afferre magnam læsionē: sed non posset sine cā concedere, vt non possit debitor unquam ꝯueniri, secundum Inn. & alios hic. Facit tex. vulgaris in l. thesaurus. ff. ad exhi. ꝑ quem dicit Bal. in l. q ac cusare. C. de eden. ꝙ vbi agitur de modico p̄iudicio, admittitur probatio per iurm̄. No. domi. Card. in cle. constitutionem. §. insuper. in 9. q. de elect. & D. Abb. in c. veniens. versi. nunc restat. j̄. de testi. & in c. ex ratione. vers. sed aduerte. de ap. Et ideo dicit Pet. de Anch. consi. 258. inci. Subtiliter, ꝙ non est mirū, si de iure ciuili recusatio ordinarij potest fieri ēt sine causa: qa in leuibus & in quibus de facili pōt alius subrogari, sufficit pro ratione voluntas, per l. quia poterat. ad Treb. Et facit, quod no. Inn. in c. dilecto. de testi. ſm eum. Et ideo dicit Bal. in l. indices. in 2. oppos. C. de iudi. ꝙ vbi sententia non parat plenum p̄iudicium, sufficit probatio summaria, per d. l. thesaurus. Et per illam. l. dicit ēt Bal. in rub. j̄. de iudi. ꝙ vbi de modico p̄iudicio tractatur, & alteri prodest, qñq; sufficit iurm̄ calumniæ inspecta qualitate iurātis, si & hoc iudici videbitur. Et hìc adde Bal. in l. j. ff. de consti. prin. vbi dicit, ꝙ si princeps excedit iustitiam partis, nunquā p̄sumitur velle excedere, nisi in modico. alleg. d. l. quo-
48 ties. ¶Quinta declaratio est, qñ † princeps ex voluntate sua fuit causa, ꝙ aliquis acquireret dñium, ipse eandem rem pōt sola voluntate auferre, ſm Ang in l. Antiochensium. ff. de priui. credi. vbi dicit, ꝙ princeps sine causa potest alicui auferre rem, quam ipse illi donauit, sed peccat, & mortaliter, secundùm eum. Et ideo dicit Ang. in l. Lucius. ff. de euic. ꝙ Imperator potest auferre sine causa rem acquisitam ex præscriptione, seu vsucapione: qa talis modus acquirendi inductus fuit ab eo, & ab eo pōt auferri ēt sine causa. Ad idem vide Bal. in l. fi. ver. sed immediatè oppono. C. sen. resc. non pos. vbi dicit, ꝙ quędam sunt iura, quæ quis potest acquirere etiam ꝯ̄ principis voluntatem: quia acquiruntur de iure gentium sicut dñia: & ista non possunt auferri sine causa. Secus in his, quæ sunt de iure ciuili, vt iudicia, & sententiæ. Nā in istis potentior est authoritas principis. Et ideo infert, ꝙ licèt ex sententia sit translatum dominium, tamen valet rescriptum principis rescribentis, Non obstante sentētia, & ex ipsa perdetur dominium: qa venit consecutiuè ad sententiam, & rescisso principali rescinditur accessoriū. l. si ex causa. §. j. de mino. secundum eum. Et ideo dicit Pau. de Cast. in l. cum hæredes. ff. de acq. pos. se consuluisse, ꝙ princeps sine causa pōt legitimando spurium, vel aliter auferre hæreditatem illi, qui per aditionem ab intestato eam acquisiuit: qa talem acquisitionem introduxit ius ciuile, vt ibi; & idem ipse tenuit in l. 3. ff. de testa. Et istis adde do. Abb. consi. 85. inci. Illud in summa. ad fi. vbi tenet, ꝙ si princeps disponit in ꝯ̄tiam, tollendo ius priuati, valet eius dispositio, vbi illud ius erat quæsitum mediante iure ciuili, sicut signat supplicationem ꝯ̄ sententiam, à qua nō poterat appellari, & sic fecerat ius inter partes, l. res iudicata. ff. de regu. iu. & ꝯ̄ eam restituit in integrum, c. cùm ex literis. & c. auditis. de resti. in integ. & restituendo minorem in integrum, ꝯ̄tra eū cui ex ꝯ̄ctu quæsitum erat ius, vt ibi per eum: qui tñ præsupponit id ex causa fieri, & per eundem in c. cùm olim. versi. an autem princeps, de re iud. ¶Sed in hac declaratio-
49 ne videndi sunt duo casus. Primus est, quando † lex dedit modum acquirendi dñium & ipsum modum tollit princeps sine causa, ante q̄ quis dominium acquisiuerit, & hoc fieri potest: puta, si tollit venientibus ab intestato ius adeundi, quod est de iure ciuili, l. lege obuenire. ff. de verb. signi. & non dr̄ in bonis nostris, l. pretia rerum. vbi tex. notabilis, circa medium. ff. ad leg. Fal. de quo facit festum Bal. in authen. si qua mulier. in fi. C. de sacrosan. eccle. Vnde legitimando simpliciter spurium ēt sine causa, potest tale ius tollere: quia non est q̄situm dñium, & in his, q̄ sunt inducta à iure ciuili, sufficit sola voluntas, secundùm omnes hìc. ¶Secundus est, qñ iam est acquisitum dñium auxilio legis; quia tunc tale dñium nō potest alicui auferri sine causa, non quia modus acquirendi non sit à iure ciuili, sed quia ipsum dñium iam acquisitum est de iure naturali & gentium, l. ex hoc iure. & ibi Bar. ff. de iusti. & iu. Et ista est consideratio Bal. in l. 2. versi. sed ꝯ̄ prædicta. C. de iu. & fac. igno. & in c. dño guerrā. in ti. hic finitur lex Conra. & in l. fi. C. de iure au. anul. & l. Deo nobis. ad fi. C. de episco. & cleri. & in l. rescripta. §. fi. C. de preci. imp. offe. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & Pau. de Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de liberis & posthumis. & in suo eleganti consi. 225. incipien. Super primo dubio. vbi vide, & latissimè per D. Flo. de S. Petro

tro in disputatione sua, quæ incipit, Baro quidam de no
bili stirpe. ver. discedo igitur ad quartū. & facit, quod no.
Bal. in l. j. ff. solut. matr. & in l. causas. in fi. C. de transac.
¶ Et ista cōsideratio pōt tripliciter confirmari. Primò;
50 quia † in multis casibus faciliùs permittit, ꝙ ius quæ-
rendum non quærat, quàm quòd ius quæsitū alicui aufe
ratur, sicut dicitur, ꝙ prælatus præiudicat ecclesię ì quę
rēdis, nō in quæsitis, ſm Inn. c. fraternitatis. de donat. &
* gl. in §. fi. 16. q. 6. & omnes * in cap. verùm. de cōdi. appo.
& do. Abb. in cap. contingit. 1. ĵ. de sentent. excom. cum
ↄcor. & est vulgatū consiliū Feder. ix. ꝙ prælatus pōt re-
pudiare legatū quærendū ecclesiæ. Ex quo ↄsilio infert
dom. Abb. ↄsi. 31. inci. In ciuitate Messana. in prin. ꝙ eps
potest remittere quartā, & successor non potest reuoca-
re, secus si iā data esset. Similiter ↄsuluit Pau. de Cast. ↄs.
11. ꝙ statutū prohibens mulierē, vel aliū alienare, nō ex
tēditur ad repudiationē donationis nō acceptatæ, quia
est perdere ius nondū quæsitū, arg. cap. si tibi. de pręben.
in 6. Et similia collige. ex dictis do. Abb. in cap. omnipo-
tens. in 2. no. de accus. & cōsi. 45. & Inno. in cap. quod in
dubijs. de renun. & Imo. in l. 11. ff. de condi. insti. & Do.
Abb. in c. veniens. ĵ. de rescri. cū multis alijs. ¶ Secundo
confirmatur ista cōsideratio ex verbis Bal. in l. qui se pa
51 tris. in 11. q. versi. Et scias. C. vn̄ lib. vbi dicit, quòd † spe-
ciale est in principe, vt possit reuocare suum priuilegiū
ex quo est alteri ius quæsitū, ēt sine cā, per l. qui fundos.
C. de omni agro deser. Sed si non est priuilegiū sed ↄuen
tio, tūc nō pōt reuocare, nisi ſm ipsius rei naturā, p l. fun
di. C. de fun. patri. Et subdit, quòd si princeps recipit pre
tiū, significat venditionē, etiamsi vteretur verbo, Indul
gemus, vel simili verbo, ita ꝙ esset irreuocabilis contra-
ctus, & non priuilegiū, vt ibi per eū sentiētē, ꝙ q̄sita me
diante principe non reuocantur ab eo, qn̄ sumpserūt ro
bur à iure naturali. ¶ Tertiò ↄfirmatur per tex in c. 1. de
prob. cū ↄc. quas alias ibi dedi in 1. no. & possent appli-
cari hìc, ubi licèt princeps contrahens cū priuato sit cau
sa, ꝙ ille acquirat, etiāsi contrahat modo inducto à iure
ciuili, tamen illum contractum nequit princeps reuoca
re, quia dominium ex ↄ̄ctu acquisitum est de iure natu-
rali: ex quo tolluntur quædā s̄. alleg. maximè doctrina
Ang. ī d. l. Anthiochensiū. dū loquitur de præscriptione
& maximè, quia præscriptio inuenta est cū cā: ergo sine
causa nō tollitur ius ex ea quæsitum. Similiter faciunt ↄ̄
Ang. d. l. Lucius. ff. de euic. dum dicit, quòd princeps po-
test donationē reuocare sine cā. ¶ Sexta declaratio est,
ꝙ vbi princeps habet rē cōem cū alio ēt diuisibilem, si-
cut pōt partem suam pro libito vēdere, ita ēt simul cum
illa partē socij ēt sine causa soluto ei pretio, vt est tex. in
l. 2. C. de commu. re. aliena. qui ponit speciale in princi-
pe, ſm do. Abb. in c. pen. de re iudi. quē allegaui in prin.
huius mēbri. Et illū tex. alleg. ēt Bar. in l. si contra ius, vel
vtil. publ. & est tex. similis in l. 1. C. de ven. re. fisc. lib. 10.
dicens, hoc procedere, etiamsi ad fiscum minima por-
tio pertineret, vt totum vendat, residuo pretij restituto
socio. Est tamen ęquum, ꝙ princeps vēditurus rē cōem
priùs requirat consortem, ne alterū ei præferat, si tātum
uult dare, quantū alius, ſm Bal. in d. l. ij. arg. l. necesse. ff.
de ī diē adie. & in l. 1. de priui. cre. Q̄d no. ad limitationē
l. dudum. C. de cōtrahen. emp. ¶ Septima & vltima de-
claratio est, ꝙ si princeps possidet rem alienā, credens
eā esse suā, & eā donet ut suam, ↄfirmatur donatio spa-
tio quatuor annorum in p̄iudicium veri dn̄i, ſm Bar. in
d. l. fi. C. si ↄ̄ ius, vel vtil. pub. per tex. in l. bene à Zenone.
C. de quadri. præscr. Quam declara, vt dictum fuit in
principio huius membri. ¶ Demum in hoc scdo mem-
52 bro annecti possunt tria notanda. Et primò ꝙ † sicut per
rescriptum principis non potest auferri dominium di-
rectū absque cā, vt suprà dictum est, ita nec vtile, secun-
dùm Bart. in l. ij. per illū tex. C. de fun. patri. lib. 11. & seq
tur signāter Pau. de Cast. ↄsi. 161. incip. Viso & examina
to. in fi. inferens, quòd Papa non potest vasallo auferre
feudum sine causa, cum ī eo vasallus habeat vtile domi
nium. Et pro hoc tex. & ibi Bald. in c. 1. de noua for. fide.
Et non intelligas solùm de vtili dn̄io acquisito à prin
cipe; quia tunc clarū est ratione contractus, quo ipse liga
tur, vt in dictis iuribus, sed procedit ēt in vtili dominio
aliter acquisito. Nec obstat ꝙ id sit inductum à iure ciui
li, & per consequens solo consensu tolli possit, vt dictū
est s̄. quia respondetur ex verbis Bar. in extrauag. qn̄ nu
per, in ver. rebellādo. in 4. col. ver. item quæro, vbi dicit,
ꝙ effectus vtilis dominij est ēt de iure gentiū, licèt eius
natura orta sit à iure ciuili. Alleg. tex. in §. fi. Inst. de vsu
& habi. vbi dicitur, vsum & similia, quæ sunt de effectu
dominij, esse de iuregentium. ¶ Secūdò no. in hac mate-
53 ria, ꝙ si † princeps, vel populus habens iura principis cō-
ponat cū inimicis paciscēdo, ꝙ de damnis hincinde da-
tis non fiat per subditos querela, talis transactio non no-
cet subditis, ſm Host. in c. quāto. ĵ. de iureiu. & sequitur
do. Ant. ibi, & no. Dom. pp gl. fi. q hoc probat in c. autho
* ritate. §. fin. de priuil. in 6. Et plenè per omnes * post Inn.
in c. in nostra. ĵ. de iniur. Et hinc est, ꝙ emptores rerū de-
prædatarū in bello non sunt tuti in conscientia, licèt per
dictam transactionē prohibeantur molestari, ſm Host.
in sum. de poe & re. §. quibus, & qualiter. in pen. col. ver.
sed pone, guerra. Et ita respondit Pet. de Anc. finita guer
ra inter Ianuenses & Venetos; & alia vice finita guerra
inter Florentinos & Senēses, vt ipse refert in rep. regulæ,
peccatū nu. 39. ver. sed moueo vnā quæstionē. de re. iu. in
6. Esset. n. absurdum, ꝙ dn̄s p suā renunciationē auferret
ius subditi, secundū Inn. in c. dilectis. in gl. j. quasi in fi. ĵ.
de ap. Et sequuntur Do. de Ro. in nouis, deci. 371. incip.
Item si præsupponimus. Benè facit dictum Host. in c. di-
lecti. de ma. & obed. dum dixit, ꝙ princeps non pōt terrā
suā alteri subiicere inuitis hominib. illius terræ. Et sequi
tur Bal. in c. generali. si de feu. fue. contro. & in l. quicūq;.
C. de ser. fu. cū conc. quas aliàs dedi in c. 1. in vlt. no. de p-
bat. Si tn̄ pax aliter haberi non posset, nisi p remissionē
taliū dānorum, valet, & operatur ēt in foro consciētiæ,
ſm Host. in d. ver. sed pone. & Pet. de Anc. in loco præal-
le. & faciunt notata in hac conclusione, & quod no. Bal.
& Ang. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præsc. vbi dicūt,
ꝙ ciuitas pro pace habenda pōt res priuatorum donare.
54 ¶ Tertiò no. ꝙ † illud, q̄d dr̄, non posse fieri statutum ↄ̄
ius naturale t sine causa, est verum, qn̄ statuētes priuant
quæsitis iure naturali alium, qui nō est de statuentibus:
sed si ipse esset de statuētibus verè, vel interpretatiuè, sta
tutū valeret: & is, in quē transfert talis res vigore statuti,
pōt ēt licita ↄscientia retinere. Ita pbatur ex dicto Ioan.
And. in c. fi. de immu. eccl. in vj. dum dicit, ꝙ si ciues sta-
tuunt, ꝙ si nō seruet certa forma in alienatione rei p cō-
trahentē, ↄ̄ctus non valeret, & res applicetur fisco, tale
statutum valet ēt sine cā: quia ipsum fecerunt oēs ciues
verè, vel interpretatiuè, & possunt sibi ēt sine cā præiu-
dicare. Et hoc dictum sequit̄ Dom. ibi simpliciter. Sed
ad hoc propositum allegat tex. pro notabili in §. his ita.
prope fi. vj. dist. Tn̄ non vr̄ multum importare p ea, quæ
dixi in c. cùm oēs. in prin. in ij. conclus. s̄. eo. videlicet ꝙ
p viā statuti gn̄alis fieri pōt statutum p̄iudicans tertio ēt
sine cā. Sed p̄dicta loquuntur de spāli derogatione facta
iuri alterius p rescriptum: & facit, quod no. Bald. in l. fi.
C. quo. ap. non rec. dum dicit, ꝙ valet statutum, ꝙ in cau
sis ipsius ciuitatis procedat̄ de plano & appellatione re-
mota, de quo p Bal. in l. prolatā. ver. quæro, si statutum.
C. de sen. Et hæc sunt quò ad tertiā ↄclusionē, q̄ nullibi
reperies tā clarè deducta. ¶ Quarta cōclusio est, ꝙ prin-
ceps pōt statuere & rescribere circa ius positiuum, quia
* est. s̄. ipsum, c. pposuit. ĵ. de ↄce. præb ſm oēs * hìc. Quā ↄ-
clusionem amplia, & postea declara diuersis modis, vt
scripsi in c. 1. in 4. fal. s̄. e. ¶ Vnū tn̄ nō est omittendū, q̄d
55 posuit hìc † Inn. limitādo hāc ↄclusionem, vcȝ, ꝙ licet
imperator possit tollere alicui actionē, q̄ est de iure ciui
* li, p l. ij. ff. de origi. iur. & est cōis * opi. licet quidā ↄ̄rium
teneāt, vt nō. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. nō tn̄ p̄t
facere, quin iustitia mihi reddatur. Vn
a de redit ad primæuū ius a, in quo non
erāt iurisdictiones, sed manu regia ad
ministrabat̄ iustitia, d. l. ij Et sic hēs ca-
sū quo sine actiōe formali qs pōt ager̄.

a Primæuum ius *Ad quod adde do: Socin. qui idem te net in suo consil,*

164.inci.Viſa bulla Bonifacij. uer. Omitto, quod, in 2.parte,ubi dicit, quòd princeps licèt poſsit alicui auferre iura & defenſiones iuris poſitiui, tamen adhuc poteſt iuſtitiam cõſequi manu regia, ſicut licitum erat iure primęuo Et ꝙ imperator poſſit tollere actionẽ & exceptionẽ,& ea quæ ſunt de iure ciuili, uide do. Alex.de Imo.poſt gl.l.ſi is,pro quo. ff. quod quiſq; iu. & in rub.ff.ſi cer. pe. ubi dicit uerũ cum clauſula, 'Ex certa ſcientia,Nõ ob. Item adde ẽt, quòd põt tollere dominium ex ſententia quæſitum quod eſt de iure ciuili, ut per eum in 1.conſt.ff.§.oẽm.

ex ſola obligatione iuriſgẽtium.Et ita ſimpliciter ſequiť hìc D. Abb. Sed magis hoc ponderat D.Ant.inferens, ꝙ licèt de iure ciuili non agatur ex naturali ſola obligatione & nuda conuentione,de rigore,tamen per uiam iuſtitię naturalis ſola naturalis habebit executionem officio iudicis lato, ſ̃m qđ olim ex puro iuregentium miniſtrabať iuſtitia:qđ dicit eſſe benè notandũ. Et ꝙ agaĩ officio ſuperioris,alle.Io. And.in c.nouit. ĩ.de iudic.Et ſimile de ſeruo, qui quãdoque agit,tñ non põt habere actionẽ: q̃a incognitus à iure ciui.l. iij.ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. Sic & imperator,qui non põt obligari de iure ciuili, ꝯpelliť ad executionem eius,qđ promiſit,ut in c.1.de ꝓba.ſ̃m ipſum,quẽ ad literam ſequiť hìc Dom.Et de iſtis dictis facit ẽt mentionẽ D.Ant.in c.ex parte. 2.de offi. dele. & in c. fi.ĩ. de præſcr.& Pau. de Caſt. in rub. ff. ſi cert.pet. & Imo.in cle.ſæpe.de uer.ſig.ver.3.caſu.& faciunt uerba Bar.in l. Iulianus uerum debitorem.uer.dices tu, ego video. ff. de cõd.ind. ¶ Sed hæc declara duobus modis.Primò,ut procedat,qñ actio innititur naturali æquitati:quia non põt per reſcriptum tolli:quia in impetrante & cõcedente inducit peccatũ, & ſic eſt contra ius diuinũ.Sed ubi actio non innititur æquitati,ſed ſolũ rigori, vt in chirographo poſt bienniũ, & in re iudicata contra ueritatem,benè põt reſcribi cũ clauſula,Nõ obſtante.Ita declarat Bal.in l.reſcripta. in fi. C. de preci. impe.of.pro quo facit,qđ no. Cy. & Bal.in l. digna uox. C.de leg.vbi dicunt,ꝙ ſi pactũ factũ à principe fundatur naturali æquitate,eſt ſeruandum,quaſi ſentiat,ꝙ ubi nõ ſubeſt naturalis æquitas ſuadens pacta ſeruari, princeps in foro ſeculari non poſſet conueniri. Ad idẽ,quod concludit D.Abb.in rub.de appellatio.ubi dicit,ꝙ ſicut princeps ſtatuit,ꝙ poſt duas ſententias non liceat tertiò prouocare: & ſicut à ſententia principis non poteſt appellari,nec tenetur admittere ſupplicationem, ſi non vult.9. q.3.§.cũcta per mundũ.ita ẽt, ſi cõmittit cãm ap.re. põt ex cã ſtatuere,ut non liceat appellare,ſicut diſponit in p̄fecto prætorio,& in ſenatu.l.j.a qui.ap.non licet.l.unica. C.de ſen.præfe.pręto. Videtur enim confidere in delegatum ſuũ,adeò ut arbitretur eũ ita rectè iudicaturũ, ſicut ipſe, attento ẽt ꝙ exceptio rei iud.fuit inducta ad iuris rigorem ſeruãdũ,ſ̃m gl.in c.paſtoralis,de re iud.& in c.venientes.de iureiu.& fortè diceť poſt D. Abb. in c. 1. in 2. no.ĩ.ti.ꝓx. ¶ Secũdò declara limitãdo, ut dictũ D.Ant.
56 non ꝓcedat in foro ciuili: quia † ĩ eo nõ fieret executio
ipſius pacti nudi,ex quo ius ciuile diſponit,ꝙnon habeat effectũ executionis,& ſic magiſtratus non tenetur ipſam obligationẽ exequi quò ad effectũ actionis, licèt ipſum pactum ſit ſufficiens quò ad extraneũ,ſecũdũ no. in l.iuriſgentiũ § j.de pac.ſ̃m Inn.hìc:ꝓ quo adduciť,quia dato ꝙ de iure gentium non eſſent introductæ actiones,tñ benè erant introducta ueſtimenta pactorum.ſ.ꝯtractus innominati,iuxta.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu. & etiam ꝯtractus innominati cum ueſtimento rei interuentu. d. l. iuriſgentium.iuncto ver. ſed ſi alio, & eo iure gentiũ ẽt erant introductę conuentiones iuris.d.l.iuriſgentium.in prin.Et ſic apparet,ꝙ differentia erat inter ꝯuẽtiones veſtitas & nudas.Nec reperitur,ꝙ de iuregentium ipſa conuentio nuda haberet executionem, quam habebãt ꝯuẽtiones veſtitæ. ¶ Benè fatetur hìc Imo. ꝙ tribus caſibus habere poteſt naturalis obligatio:& per conſequens,nu-
57 da conuentio,executionem. Primò, qñ † adiretur impe
rator ꝓ executione ipſius obligationis naturalis:q̃a peccaret, ſi non faceret illam exequi, per id quod dicit Inn. & cõp.hìc:pro quib. facit quod not. do. Card. poſt Zen.

in cle.paſtoralis,in prin.in.3.no.de re iu.vbi dicit, ꝙ princeps ꝯpellitur facere iuſtitiã ꝯpulſione non præciſa, ſed cauſatiua.ſ.debiti officij & affectionis. Alleg. proœ.Cle. & l.j.ff.de ſepa.bo. ¶ Secundus caſus eſt per uiam denun
58 ciationis Euangelicæ,ꝑ quam nõ eſt dubiũ,ꝙ põt † peti
executio obligationis naturalis deſcẽdentis ex pacto nudo ĩ foro eccleſiaſtico,per no.per Inn.ĩ d.c.nouit.& Bar. in extraua.ad reprimendam. in ver. per denunciationẽ. ſ̃m ipſum.Pro quo vide Bal.in authen.ad hęc.ver.ſed ponamus,ſtatuto cauetur.C.de vſur.ubi dixit,ꝙ etſi loquatur ſtatutum per quæcunque uerba,ſiue diſponẽdo, ſiue fingendo, non poteſt ipſe uerã iuſtitiam abolere, in qua fundať euangelica denunciatio. Alleg. Inn. hìc, & in ca. plerique.in gl.magna,ver. itẽ q̃a tutius.& in verſi.ſed de hoc fortè.ĩ.de immu.ecc.& Bar.in d.extraua.& idem uoluit Ang.in l.ſi certis annis.C.de pac. ¶ Tertius caſus eſt,
59 vbi † ſumus in terris eccleſiæ:quia ẽt in foro ſeculari pa
ctum nudum parit actionẽ,vel ſaltẽ officiũ iudicis,ꝑ c.j. ĩ.de al. pact.ſecundũ Imo. hìc, notãter. Pro quo vide B. in d.authen.ad hæc.ver.ſed dubitatur primò.vbi dicit,ꝙ d. c.j.de pact.ĩtelligiť de clericis,uel de laicis ſubiectis eccleſiæ quò ad temporalem iuriſdictionem. Ibi aũt nullũ eſt remedium,niſi per viã denunciationis Euangelicæ,vt per eũ. ¶ Sed vtrùm hoc ſit verũ indiſtinctè, ꝙ ex nudo pacto oriatur actio de iure Canonico,uide Sal.in l.legẽ. in 7.q.C.de pac.& Mod.in §.in perſonam.Inſt.de act.vbi conantur oſtendere, quòd non, reſpondendo ſubtiliter ad cap.j.de pact.& ibi aliquando dicetur. Extra iſtos tres caſus tenet hìc Imo.ꝙ ſublata actione non poteſt implorari officium iudicis,circa quod fuerunt opi. vt patet ex no.per Bal.& Ang.in l.planè.& in l.fi.ff.de pet.hær.& do. Ant.in c.item cùm quis.de reſt.ſpo. & Pet. de Anc. in c. j.de ſequeſt.poſ.& fruct.& Bal.in l.j.C.de cond. inde. Salic.latè in l.ita nobis pudor.C.de adult.& Bart.in l.j.§.& parui.ff.quod vi,aut clàm.& Bal.in l. iij. §. nouiſsimè.ff. nau.cau. ſtab. & Bal. Inſt. de act. in prin. cum concor. Et communiter diſtinguitur, quòd aut actor locupletaretur cum iactura conuenti, ſi non poſſet implorare officium iudicis,& poteſt:aut non locupletaretur, ut in exceptione præſcriptionis,vel pacti de non petendo ex cã lucratiua facti,& non poſsit,ut latiùs in dictis locis. & Imo.in l.fi.ff.à quib.app. non li. Ex quo videtur fortè, ꝙ poſſet concordari opi.do.Ant. & Imo. hìc, & aliter non inſto,quia iſtud nunc non occurrit. ¶ Quinta concluſio
60 eſt,ꝙ † in dubio præſumitur,ꝙ princeps moueatur ex cã
rationabili dato ꝙ non appareat,ſecundũ Cy.in l.fi. C.ſi contra ius,uel uti.pub.& in l.reſcripta.in 3.& 4.q. C. de preci.impe. off. Vnde dicit ibi Cy. ꝙ ſi princeps ſine alia cauſæ cognitione mandat alicui,ut aliquem in furca ſuſpendat,põt ille ſine peccato exequi: quia ꝓ principe p̄ſumitur, ꝙ iuſte procedat.Et hanc ꝯcluſionem tenet ẽt do. Abb.in c. quanto.ver.ſi tamen Papa. infrà de iureiu. & in c.in cauſis.in 2.no. de re iu. & in capitu. cùm veniſſent. de iud. & conſil. 84. incip. Illud in ſumma. ad fi. & in c. cùm inter. de excep. & in c. niſi. de of. leg. & dom. Ant.in cap.quia plerique.de immu.eccl.& in c. conſtitutus.de reli.do.& Do.in c.grandi.de ſup.neg.p̄la.in 6.& in c.1.11.diſt.& gl.fi.reputata ſing.& ibi Bart. in l. relegati. ff.de pęnis.Facit cap.cùm à nobis.in fi.de teſt. bonus tex. cum gl.in cle.vnica,de proba. Et pro hoc adducitur: q̃a ſi in iudice præſumiť cã & iuſtitia,c.in p̄ſentia.de renun. c.ſicut.de re iud.fortiùs in principe, qui eſt ſuper omnes. Et adeo procedit illa ꝯcluſio, vt non admittatur probatio in ꝯtrariũ,ſ̃m Cy.in loco præalle. quem multùm ſequuntur hinc dom. Ant. & dom. Abb. & Domini. in d. capitul.1.Et procedit ẽt in his, q̃ ſtatuit circa ius diuinũ, ſecundum do. Ant.& Imo.in c.2.de renun.dicẽtes,ꝙ nõ poteſt opponi diſpenſatio à Papa ſuper iuramento, vel voto, quòd diſpenſatio fuerit ſine cauſa: quia præſumitur in foro contentioſo,ſecundùm eos. ¶ Recipit tamẽ
61 iſta concluſio ſex limitationes. Et prima eſt,dummodò
in principe poſſit præſumi aliqua cã: quia tunc præſumitur illam pectori ſuo inſculptã cãm dediſſe reſcripto. Secus, ubi nullo modo poteſt imaginari, ꝙ ex aliqua iuſta cauſa

causa istud fecerit, quia tūc actus non tenet eo casu, quo requiritur causa. Ita sentire vident pdicti, sed expressè Imo. post do. Ant. in c. nā concupiscentiam. versi. extra gl. suprà eo. & est limitatio necessaria, quia aliàs sequeretur, ꝙ semper actus teneret, quia semper psumeret cā, & cessarent multa ex prędictis, quod est inconueniens. ¶ Et hinc est, ꝙ in hac materia cōsiderantur tres casus. Primus, quando de causa apparet. Secundus, quando est dubiū quæ causa fuerit, & tñ aliqua potuit esse. Tertius est, qñ constat nullam potuisse subesse. & de hoc loquit ista limitatio, quam no. quia cessāte ista consideratione esset frustratoriū insistere in his, quæ pōt princeps cū cā, & quæ sine causa, quia nunquā esset dare, quod dispone ret sine cā, attento ꝙ semper præsumeretur causa, quod esset ridiculum. An aūt sit verū indistinctè, ꝙ ubi una cā subesse pōt, illa præsumatur, dicetur in fine huius cōclu

62 sionis. ¶ Limita secundò, vt † non procedat, quādo princeps est obligatus in his, quæ sunt de iure naturali, puta ex suo contractu, aliàs posset de facili euacuare omnem ɔ̄ctū, cū eo firmatū, quod est contra l. Cæsar. ff. de publ. & in c. 1. de proba. ſm Abb. hìc, dicētem, ex hoc se solitū dicere principem non posse suo vassallo sine causæ cognitione tollere feudum, quia in feudo est quidā contractus in quo ultro citroq; nascitur obligatio, c. de forma. 22. q. 5. & ī l. liber homo. ff. de ver. obl. Et de natura feudi est, vt non auferatur, nisi cū causæ cognitione a, ca. vnico. de feu. sine cul. nō amit. ſm eū. Ad qđ vide eundē in cle. 1. in fi. de prob. ubi dicit se putare, ꝙ si Papa p sua uerba narratiua vellet quē suo iure priuare, non pōt, nisi probata culpa, per d. c. vnicū. Et iō dicit Bart. in c. 1. de na. feu. ꝙ Federicus. 1. ꝙ fecit cōe Papię cōpromittere in certis castris, nō pōt reuocare sine culpa cōis, & dicit Lud. Ro. consi. 353. quod inci. Spiritussanctus & c. quæritur primo. ad fi. ꝙ si resolutio contractus initi cū principe esset in ipsius potestate, non inueniretur, qui contraheret cū principe, & sic careret omni cōmercio, quod esset valde graue, l. hi, qui. C. de apo; sta. & sic sentit, quòd sola uoluntas isto casu non habeatur pro causa in principe. ¶ Limita tertiò, vt præsumatur pro principe respectu subditorum tantùm, non autē respectu aliorum, secundùm dom. Abb. hìc, per id, quod

a Cognitione. *Adde Bald. in l. qui se patris. C. unde libe. & glo. & Bal. in c. 1. §. notandum. qui feu. da pos.*

63 no. Inn. in c. inquisitioni. de sen. exc. ubi dicit, ꝙ si † Papa mandat laico sibi non subiecto temporaliter, ꝙ alicui det rem suam, non tenetur ei obedire, si non apparet legitima causa obediendi, cùm non sit ei subiectus temporaliter. Ad idem cle. pastoralis. de re iud. vbi probatur, ꝙ rex non suberat imperatori, secundùm eū. Pro quo vide Paul. de Cas. in duobus consi. relatis in conclusione præcedenti, in tertia declaratione primi membri, & quòd p istud dictum Inno. infert etiam do. Ab. in c. cum à nobis de testi. & in cap. inter quatuor. de ma. & ob. cum cōcor. alleg. in præcedenti conclus. in prima declaratione secūdi membri. Et vide do. Abb. in c. ad audientiam, infrà de

64 rescript. ¶ Limita quartò, nisi † ex mandato principis timeretur scandalum futurum, seu turbatio Christianitatis, vel magnum peccatum, quia non est principi obediendum, nec præsumitur legitima causa, secundum do. Abb. hìc allegātē Inn. in d. c. inquisitioni. ubi in hoc posuit notabile dictū, de quo fit mentio post do. Abb. in c. si quando. infrà de rescrip. Et pro hac limitatione vide do. Abb. in dispu. incip. Eps & quidā rector. uersi. venio ad tertium membrum. vbi dicit, ꝙ in dispositione Papæ, per quam alteratur status vniuersalis ecclesiæ, requiritur euidēs causa, & in tali casu nō præsumitur. Alleg. no. dictum Inno. qui hoc tenet in c. 5. infra de cōsue. & vide ibi do. Abb. notantē illud dictum ad propositū huius limitationis. Et quando in talib. possit Papa disponere, erit dicēdum ibi. Et hāc limitationē ponit Lud. Ro. consi. 483. incip. Saluatoris & c. dubitatur primò, vtrū electio. allegando Inn. in d. c. quanto. Et aliud notabile dictum eiusdem in c. pe. de dila. cùm dixit, ꝙ vbi alicui ex aliqua causa licitum est à regula iuris recedere, non sufficit causam subesse, nisi illa per illum, cui hoc de iure competit, exprimatur. Quod dictum facit ad concludendum. idē in Papa, quādo disponit super uniuersali statu ecclesię. alleg. Old. consi. 287. ſm eum. Sed in meis non dicit hoc, & facere potest consilium 62. quod incip.

65 Circa hoc veniunt tria. ¶ Limita quīto † dūmodò princeps disponat motu proprio, secus si ad instantiā partis, quia tūc præsumitur potius ad importunitatem, quā ex iusta causa rescribere, ſm Lud. Ro. consi. 436. incip. Omnipotentis & c. ꝙ indultū Petri. per l. j. C. de pe. bo. subla. li. 10. Et hinc est, ꝙ ī talibus patitur princeps, ut inferior non obediat, sed rescribat principi, vel expectet secundā iussionē, c. si quando, infrà de rescript. & c. cū teneamur. infrà de præben. & idē ponit Lud. de Ro. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat. ¶ Limita sextò, ut latè & singulariter p do. Abb. in c. 1. de cau. poss. & prop. & in c. cùm olim. in

66 frà de re iud. ubi dr̄, ꝙ † non præsumitur pro iustitia sententiæ, quā fert princeps parte non citata, per tex. in cle. pastoralis. vers. nec prædicta supplicatio. de re iudi. & ēt contra subditum non potest princeps supplere defectū citationis, uel defensionis, per tex. iuncta gl. in l. fi. C. de legi. vbi non ualet sententia principis sine citatione in causa ciuili. Et ideo istis non interuenientibus non præsumitur scientia principis, secundùm eum dicētē ita limitari debere dicta Cy. ī l. rescripta. Et ad idem vide do. Abb. in c. ī causis, in 2. no. de re iud. Benè facit, quod not. Bal. in dicta l. fi. dicens. ꝙ etiā corā principe non est omittenda causę cognitio per uentilationem & examinationem, quæ est de iure gentiū, & infert, ꝙ princeps non potest ferre sententiā parte non citata. Similiter dixit Bal. in l. 1. uersic. sed hìc quæritur. C. quomodo & quādo iu. ꝙ non valet statutum, ꝙ sentētia possit ferri parte non citata b, per d. cle. pastoralis. nec mirū quia, ſm Bart. in extrauag. ad repri. in uer. sine figura. & Imo. in cle. sæpe. in 42. col. uer. habetis expedita. citatio vr̄ esse īducta de iure diuino, quādo Deus citādo primū hominē dixit, Adā vbi es? ¶ Sed hìc est benè aduertendū, qa si uera est conclusio omniū * Doctorum hìc, & in locis, de quibus supra, ꝙ princeps ex causa possit alicui auferre rē suam, & ꝙ ex causa possit disponere in his, quæ sunt iuris diuini & naturalis, & quòd in dubio causa præsumatur, præter quàm in casibus prædictis videretur a fortiori, quòd si ex certa scientia procederet uel daret facultatem procedendi contra non citatum, & non defensum, dato ꝙ hoc non debeat facere sine cā, tamen si facit, præsumatur facere ex aliqua iusta cā. Et ꝙ ad hoc possit subesse causa, patet exemplum in dicto c. cùm olim. in versi. & licèt absenti. & in uersi. liquido. & ita expressè tenet Bald. in l. nec causas. uersi. fuit quæstio antiquitus disputata. C. de appel. dicens, ꝙ ualet sententia Imperatoris parte non citata, per illum text. ubi ualet eius sententia causa non cognita. Allegat etiam gloss. in l. is, qui reip. causa abest. ff. ex qui. cau. ma. quæ dixit, quòd si iusta est causa, ualet factum principis etiam sine citatione. Non obst. d. clemen. pastoralis. quia Imperator processit contra non subditum principaliter, sed Romanæ ecclesiæ, secundùm eum. Quam responsionem improbat dominus Abb. licet de Bal. nihil dicat in dicto capitu. 1. quia text. in d. clemen. pastoralis. uer. nec prædicta. expressè dicit, quòd etiam contra subditum non potest princeps supplere defectū citationis. sed potest aliter responderi, quòd ideo non valuit ibi processus, quia non apparuit, quòd ibi uellet Imperator validare illam sententiam latam contra non citatū, & in dubio non præsumitur uti plenitudine potestatis, secundùm Inno. in c. innotuit. infrà de elect. & Bald. in l. bonorum. C. qui admit. cū concord. Et non sufficiebat clausula supplentes. ibi posita, quia illa non tollit defectus naturales, secundū Host. in c. 1. de transact. & Arch. in c. Cenomanēsem. lvj. dist. & Spe. ī titulo, de leg. §. nūc osten-

b Non citata. *Adde dom. Socin. consi. clxiiij. inci. Visa bulla Bonifacij. uers. contrariā tamen opin. in ij. parte.*

ostendendũ. vers.vxij. cũ si. Et aliàs est defectus citationis,cũ sit de iure naturali a ,ut cõtra indefensum nõ ꝓcedatur,d. cle. pastoralis.Et ꝓ istis ẽt vide Baldũ in l.j.in prin. C.quomodo & quãdo iudex.ubi dicit, ꝙ in processu principis nõ requirit citatio, dũmodò causa subsit, vt est glo. in dicta lege.is, qui rei. & est antepen. secundũ eũ. Et in dubio præsumit cã, vt est dictũ. Et vide Imolã post Inno. & Hostien.in c. in nostra. ver. quarta fuit so.de procura.ubi dicit, ꝙ & Papa de plenitudine potestatis potest procedere partibus absentibus.Facit, qđ no. Bal.in l.fi.in ver.extrà.op.ꝙ non valet. C.de fruc.& lit.expẽ.& qđ|no.do.Abb. in dicto c.cùm olim. uersi. an aũt. ubi refert se consuluisse, ꝙ si princeps concedit alteri gratiã pręiudicialem nullo vocato, præsumitur facere ex causa. Idẽ in materia legitimationis firmant Bar. & alij in l.Gallus.§. & quid si tñ. ff.de li.& posth.per l. 2. in fi.ff. de nata. res.& Bal. in l.nã ita diuus.ff.de adop. & in l.2.C.de ser.& aqua.cum concor. ¶Ex quibus reddit dubia ista sexta limitatio.Et vr̃ concludendũ, ꝙ præsumatur pro sententia principis lata sine citatione.Ex quo sequitur corollarium,ꝙ hæc quinta conclusio, uolens in principe præsumi causam,procedit, ẽt si disponat in his q̃ sunt de iure naturali,putà auferendo alicui rem suam vel quid simile faciendo. ¶In quo corollario sæpe consideraui, quòd licet sit fundatũ authoritatibus Doct. tamẽ non probatur iure expresso,& si est verum,sequitur iste effectus, quòd quasi, semper omnis dispositio principis contra ius diuinũ,uel naturale erit valida, quia raro euenit,ꝙ ad saluandum actũ non possumus imaginari & diuinare aliquã iustam causam,qua imaginata illa semper præsumetur, & actus valebit, ut dixi in prima limitatione, & tñ possibile erit,quod illa causa imaginata in veritate non subsit.Et ideo considerando gl.in d.l.antepen.ff.ex qui.cau.ma.& Doc.in locis allegatis in præcedenti conclus.& verba Dom.Abb. in c.fi.in fi.uer.ego sustẽtando.infrà eo.& in rub.infra de app.uer.finaliter.Tñ fortè attentari posset,ꝙ ubicunque dictum est s̃.dummodo cũ causa fiat,intelligamus scilicet apparenti,uel expressa,aliàs valde inane esset hoc requirere,scilicet causam,si sic est,quòd semper præsumeretur.unde meritò do.Abb.hic,& in locis suprà alleg. limitauit hanc conclusionem non procedere, ubi princeps uult rumpere proprium cõtractum.Sed si benè aduertantur rationes,quæ eum mouent, probant generaliter idem esse,ubicunque uult alicui tollere ius suum, & ad idem facilè seruirent rationes,in quibus fundant quasi omnes limitationes datę huic conclusioni.Quæ autẽ dicta sunt s̃.proxi.de actu parte non citata,& similia,fatenda essent,dũmodò ex causa,quæ appareret,sicut in c. cũ olim. de re iud. exprimitur causa omissæ citationis, scilicet,quia liquidò constabat de surreptione. Et ꝓpterea in intellectu huius materię est valde cogitandum.Illud aũt certũ sit,quòd in foro conscientię , ubi pars scit causam non subesse,non tenetur principi parere,secundum Imo.hic post Innoc.capitu. inquisitionis . de senten.excom. quia in foro poli non incedit ꝑ præsumptiones,ut dixi in capitul.1.in prin.6. fallentiæ, supra eo. & ita late tractat Pe.de Anc.in rep.c.si ꝓpter.in 2.& 3.opp. de rescri.in 6.ubi semper vide.¶Demum circa prædicta restaret videre, qñ princeps scribit modis prædictis,quibus clausulis sit opus.Sed quia plenius tangitur in c. nõnulli.ĩ.de rescrip.quàm in hac decretali, quæ satis onerata est,ideo erit ibi aliquando dicendũ.¶In gl.2.in fi.Sẽtit gl. ꝙ si quis sine culpa incidit in egestatem , tunc ei est subueniendũ,& loquuntur iura gl.respectu eleemosynę,uel alterius subuẽtionis,& facit c.quiescamus.42.dist per qđ sentit hìc Io.And.ꝙ ẽt pauperi ex culpa sua succurrẽdũ est, ne egeat. Qđ intelligit Imo. si aliter uiuere non põt b , aliàs sibi imputet. Pro quo facit l.bona fides.ff.depos. & ca.parce. 96.dist.& c.studeat in fi.l.dis.& l. necare.ff.de lib. agnos. in fi. ¶Subdunt hic dom. Car.& Imo. respectu huius decretalis,ꝙ ualuisset statutum , saltem quò ad feuda laicorum , si prouidisset solũ de alienatione fienda a vasallo, q pauper effectus esset sine culpa sua,quia ex hac iusta cã potuisset statutũ iuri tertij pręiudicare, per prædicta , & maximè,cùm præiudiciũ nõ esset graue , at tento ꝙ is, in quẽ alienabatur recogniturus fuisset solùm utile ab alienãte & directũ à domino. ¶Et in quantũ sen-
67 tit Ioã.And.& pdicti,ꝙ†beneficia data paupertati nõ cõpetunt illi , qui ex culpa sua peruenit ad paupertatem , adde tex. in l.pen.ff.de iure do. quẽ dicit hic Bal.esse valde not.ꝙ beneficiũ, ne quis conueniatur ultra,quàm facere possit, nõ competit ei qui propter maleficiũ deuenit ad inopiam.Et per illum tex. dicit etiam Bald. in capit.sedes. supra eod. quòd paupertas, quæ captiosè obuenit,non prodest.Pro hoc l. fin.§.fi. ff.de his , quę in fraudem cred. ubi tex. quòd beneficium cedendi bonis non competit ei , qui dissipauit bona in fraudem creditorum,& illum pro sing. ponderat Ang. ibi,& in l.1. c C.qui bo.ce.pos.& in l.is, qui bonis.deces.bo.& Bal.in §.fin.Inst. de act.& in l.1.in 5.q.C. si quid in fraupatro.Ad idẽ l.ẽt,§. licet, & ibi omnes Doct.ff.sol. matr.ubi marito facto pauperi ex culpa sua non competit in restitutione dotis beneficiũ, ne conueniatur plus quã possit.Similiter dixit Bar.in l. si cùm dotẽ.§.si post,ff.sol. mat.& Bal. in authent.quod locum.C.de colla. ꝙ pater non tenet iterũ dotare filiam, q̃ dissipauit dotẽ d.Et idẽ dicunt de filio, q culpa sua perdidit bona data sibi iure legitimæ.Et idem Bald. in l.scimus. & in l. omnimodo. §. imputari, C. de inoffic.testa.Et pro his facit dictum not. Barto. Ang.& & Imo.in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff.ad Treb.dum dicunt,ꝙ si filia dissipauit fructus fideicõmissi,cõputantur sibi quò ad dotẽ, secus si non malitiosè consumpsit, ut ibi per eos,& Pau.de Cas.in auth.res,quæ.C.cõmunia de le.Pau.de Cas.in consi.13.Quid autẽ de bonis datis filio pro alimentis,vide Bal.in auth.si captiui.C.de episc.& cler.& in auth.contra rogatus.C.ad Treb. & Paul. in d.cons.& bon. tex.in l.imperator. ff. ad Tre. ista faciunt ꝙ iura loquentia de redemptione captiuorũ,nõ habent locum in captiuis ex maleficio,qđ firmat Bal.in authe. contra rogatus.C. ad Treb. per d.l. bonafides. Ex quo infert,ꝙ illa auth.non habet locũ in talibus Tñ in hoc cõtrarium voluit glo.ordinaria in d.c. sacrorũ.12.q.2.quã sequitur Io.de Ana.in c.significauit.ĩ.de Iudęis.allegando ẽt Bal.in l.illud.in prin.C.ad l.Fal.& Bal.Imo. & Ro. in l.quamuis.ff.sol.ma. Facit.l.si quis ꝓ redemptione.in ver.pijssimã.C.de dona.¶Nec istud repugnat prædictis, qa nõ agit hic de auferẽdo iure alicuius,eo inuito, vt subueniatur ei , qui ex culpa sua indiget subueniri, secus si ageretur de alterius præiudicio , vt probant prędicta, & faciunt no.per Ang. Imol. & Rom. in l. Marcellus.§. res, quæ. ff. ad Treb.ubi dicunt , quòd licèt hæres possit alienare

a De iure naturali. *Adde Bal. in l. cùm fratrem, ad fi. C. de his, qui. vt indi. & ad Syllan. & domi. Socin. idem tenentẽ in suo cons. 12. incip. Quoniam in pręsentiarũ. vers. & per Bart. in extrauag. in 1. parte. Et adde, quòd citatio est de iure diuino, nec per Papam, vel Imperatorem dispensatur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nisi in causis beneficialibus qa Papa sine causa & non libito volũtatis potest priuare quem beneficio, vt per pręfatum Socin. in consi. 164. inci. Visa bulla Bonifacij. vers. contrariam tamen opin. 1. parte. Et an, & quando, & per quem tolli possit, & an non requiratur, & quando, & quid in impetratione rescripti, vide per eundem Socin. in suo cons. 266. inci. In causa, quæ vertitur. vers. tamen non obstantibus. cum versic. seq. in d. parte.*

b Non potest. *Ad de Lud. Ro. in singu. ver. ius. uersi. quæro, differentia est 23. & text. in l. si locus. §. fin. ff. quemad. ser. amit. & adde Spe. in ti. de instru. edi. §. 14. version. sed an pauperes. & seq. item quòd panis. & versic. sed qualiter subuenietur. & tit. de sta. mon. versic. quartò quæritur. & adde Abb. in ca. a nobis. de iure pa. & 1. q. 7. exigunt.*

c In l. j. *Vide Bald. & Guid. de Suza.*

d Dissipauit dotẽ. *Adde dom. Socin. qui idem tenet in suo consilio. 75. incip. Circa præsentem consultationem. versicu. primò, quia vltra. circa princip. in prima parte.*

alienare bona fideicommissi pro remittēdo se captiuo, vt ibi, tamen si est captiuus ex maleficio, secus est, tum quia delinquens perdit priuilegium, aliàs sibi cōcessum, l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. l. etiam. §. 1. ff. solu. matr. tum etiam, quia istud est in pręiudiciū fideicōmissarii, culpa hæredis non debet obesse, vt ibi latius per eum, & Fulg. aliter sentientem in authen. res, q̄. C. communia de legat. ¶ Non obstat etiam opin. glo. in d. c. sacrorum, ꝙ culpa sua non debet esse proficua captiuo ex maleficio, regula, mora. de reg. iur. in vj. cum ibi allegatis, quia uerum est, q̄n culpa est ordinata ad illud, s. vt sit sibi proficua, aliàs secus. Patet ex l. iiij. in prin. ff. si quis cau. & no. Bar. in l. 2. §. fi. eodem tit. Et facit quod no. glo. & Doct. in c. statutum. §. j. in verbo, non audens. ibi dū dicit, vel fortè relegatus. de rescrip. in vj. & est tex. in c. quia diuersitatem. de cōcess. præben. in vers. licèt ex culpa sua. & ibi dñs Abb. ad fi. facit, quod not. Angel. in
68 disputatione incip. Bononiensis a sua ciuitate bannitus iiij. quæstione. vbi concludit, ꝙ † excusatur bannitus, si non comparet, nec mittit procuratorem, quando timet vim inferri, nedum sibi, sed etiam causę, ut si est repulsus propter partialitates, vel habeat causam cum potēte. Et hoc etiam, si sit bannitus ex culpa sua, quia nō fuit principaliter ad hunc casum ordinata. Allegat legem, si vehenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Item quia istud commodum non contingit principaliter ex culpa sua, sed ꝑ quandā necessariam consequentiam, l. relegatorum. §. fi. ff. de interd. & releg. l. sine hæreditaria. & ibi glo. ff. de neg. gest. & idem tenet Ioan. And. post Arch. in d. c. statutum. & ibi Dom. ¶ In glo. in ver. feu-
69 dum ibi, alij in feudum dare potest. No. gl. quòd † vasallus potest sibi acquirere nouum vasallum infeudando ei feudum, etiam infeudando sine licentia superioris domini, & videtur expressum in titulo de l. Conradi, §. similiter. & no. dom. Abb. in c. transmissa, per illum tex. in 6. no. 1. de foro cōpetenti. & Bal. in c. 1. in fine. prin. qui feu. da. pos. & placet Doct. hìc, dummodo non infeudet ecclesię, quia tunc deterioraretur conditio prioris domini, ut in c. si clientulus. allegato in glo. de quo. infra nec potest uasallus relinquere feudum in ultima uoluntate ecclesiæ, ratione ꝓdicta, secundū Dom. Abb. hìc, de quo ēt. infra An autem transeat feudū in monasterium, si vasallus ingreditur monasterium, remittunt Doct. ad no. in c. præsentia, de proba. ¶ Recipit autem ista glo. vj. declarationes vltra Doct. hìc. Prima est, vt nō procedat in feudo ecclesiæ, quia vasallus non potest ipsum alteri infeudare sine consensu pręlati, s̄m Bal. ꝑ verbum, Forte, in c. 1. §. præterea. de Cap. Conra. pro quo vide tex. in c. 1. de feud. qui t̄n loquit̄ in alienatione ex toto asse. Sed mouetur Bal. in fauorē ecclesiarū, & quia q̄d oēs tangit & c. l. fi. C. de autho. pręstan. & vt amputet̄ occasio malignandi, ut ibi per eum confirmantem post glo. ibi opinionē huius gl. ¶ Sed ista limitatio fortè est contra mentem huius gl. Quinimmo est contra tex. in c. cū Apostolica. infra de his, q̄ fi. a pręla. s̄m vnum intellectum do. Abb. ibi, dū dicit, ꝙ idem potuit ibi feudatarius ecclesiæ concedere feudum alteri eccle. non requisito dño, quia non desinebat esse vasallus ecclesiæ dñæ, sed acquirebat sibi alium vasallum. ¶ Secunda declaratio est, ꝙ q̄n est positum pactum expressum de non alienando, non habet locum glos. ista secundùm Bal. in d. §. præterea. vt pactū aliquid operetur. Alle. no. in l. sed & si quis. §. q̄sitū. in fi. glo. mag. ff. si q̄s cau. Et quia q̄n prohibitio noua additur pro hibitioni veteri, tunc habet ampliare, sicut dicimus eꝫ in promissione, vt notant Doct. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & §. sanctissimas. in Authent. de aliena. & emphy. secundùm eum. In quo considera, ꝙ illa non est alienatio, vt dicit do. Abb. in d. cap. cū Apostolica. Nec verba sunt interpretanda contra propriam significationem, ut feudatarius incidat in pœnā. Iō cogita. ¶ Tertia declaratio est, quòd ille, quem vasallus inuestiuit de feudo, tandiu habebit feudum, quandiu vixerit primus vasallus, uel eius filij, quia non potuit vasallus plus iuris alteri concedere, quàm ipse haberet, cap. Daibertū. 1. q. 7. Ita dixit Spec. in tit. de feu. §. 2. ver. 48. Et ideo dicit Bald. post l. a. de Bel. in c. 1. §. rursus. ver. sed pone, miles. de controuersia inuesti. ꝙ si miles, qui alteri concesserat feudū morit̄ sine hærede, redibit feudum ad dominum cum omni incremento, per illū tex. quia materia erat sic ordinata naturaliter, & idē Bal. in cap. ceterū. in fi. infrà de iudi. & in c. 1. notabili 1. de aliena. feu. ¶ Quarta declaratio est, ꝙ si primus vasallus vendat secūdo & secundus tertio, & tertius vendat pro allodio, ꝙ reuocatio & vendicatio non ꝑtinet ad primū & secūdū vasallum, sed ad primum habentem directū dominiū, q̄a secundus dans vel quiuis ulterior, nullum habet dominium, & sic nulla vendicatio cōpetit, secundū Io. An. in d. uer. xxxviij. ¶ Quinta declaratio est, ꝙ laicus habens decimas in feudum ante conciliū Lateranēse non pōt eas alteri infeudare, per cap. ꝓhibemus. & ibi Doc. de deci. nisi q̄n cōcedit eas ecclesiæ, vel loco religioso cū consensu episcopi, per cap. cū Apostolica. de his, q̄ fi. à præl. An aūt possit cū consensu episcopi alteri laico infeudare? Cōmuniter* tenet̄r ꝙ non, vt per Io. And. in c. 2. ī. de feu. per d. c. cum Apostolica à speciali, & ibi ēt per Doc. & ꝑ do. Abb. in d. c. prohibemus. & in sua disputatione, quæ incipit, Augerio. vers. secundò principaliter. ubi sic limitat istā gl. Ex quo sequitur ꝙ decedēte tali feudatario sine successore, ecclesia, ad quā decimę reuertuntur, non potest eas alteri laico infeudare. Sed t̄n do. Car. in d. ca. 2. in x. q. tenet contrarium utriq; dicto, dans cautelam, ꝙ si talis uult dare decimas alteri laico, renunciet eis in manibus episcopi, qui pōt postea aliū inuestire. & idē gl. 2. in d. c. prohibemns. Et hæc opinio ꝓualet de consuetudine, secundum Imo. in d. ca. 2. lꝫ cōmunis opi. sit in ꝯrium. Et ista sæpe accidunt. ¶ Sexta declaratio est, ꝙ vasallus vasalli mei non d̄r vasallus meus a, vt no. gl. fi. in c. eligitur, 81. dist. & Bald. in c. cum dilecti. de dolo & ꝯtu. & Spe. latè in tit. de feu. §. 2. ver. 14. ubi dicit, ꝙ homo hominis mei non est homo meus, per l. Modestinus. ff. de verb. sig. sicut nec libertus liberti mei, nō est libertus meus l. si quis à liberis. §. liber. ff. d̄ lib. agn. Vnde infert, quòd licèt unus baro sit homo ligius regis, tamen homines illius baronis non sunt homines regis, sicut dicitur de subditis episcopi respectu archiepiscopi. 3. q. 9. cap. nullus primas. c. pastoralis. infra, de offi. or. Et hoc refert glo. breuis in cle. 1. in versic. existere. de iureiuran. & ibi Inno. Ad hoc vide Bald. omnino in d. c. 1. §. rursus. ad fin. de contro. inuest. Tamen hoc dictum non intelligit, quando homines vasalli sunt inuestiti a domino suo de feudo, in quo ipse dominus hēt solum utile, sed de subditis simpliciter vasallo alterius. Stat ergo difficultas si ipse uasallus concedit subdito suo feudum, quod ipse recognoscit a rege, an ipse quò ad illum subditum dicatur dominus suus respectu directi. In quo dicit Bald. in cap. cæterum. ad fi. infra de iudi. ꝙ quando vasallus alienat de voluntate domini, desinit omnino esse feudatarius, tam quò ad possessionem, quā quò ad utile dominium, ut no. in l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Secus si vasallus acquirat suo nomine alium vasallum sibi, quia tunc non desinit esse vasallus domini sui, nec cedit feudum alterius, sed concedit, & sic reperitur vtile dominium superius, & vtile sub isto, ut no. in simili per gl. subtilē in l. ex asse. ff. ad treb. & patet in capit. imperialem. §. illud quoque. de prohi. feu. alie. per Fed. secundùm eum. Et addit, quod si sum feudatarius regis, & de meo feudo acquisiui plures feudatarios, orta inter eos controuersia, cognoscam ego, & nō rex, quādo à me recognoscūt feudū. Et ad hoc vide etiā Bal. in l. 2. C. vnde cog. Vbi dicit, quòd lꝫ rex in uniuersali regno Apuliæ cōcesso sibi in feudum ab ecclesia habeat tantùm vtile dominium, sicut habet vasallus in feudo, c. 1. & ibi not. de inuesti. de re alie. fa. no. Hostiē. in summa de feu. §. quod ius acquirit. per Baldum in l. 1. C. si plures vna sententia. & in leg. 1. ff. de confessis. Tamen singu-

a Meus. *Adde Barto. in l. si quis à liberis. §. si quis de lib. agn. & in l. Claudius. uersic. secundo casu, quādo est pugna. ff. qui po. in pig. ha. & Bal. in l. 1. ver. quæro testator. C. commun. de leg.*

ſingularia feuda, quæ cōcederet ipſe rex in regno, dicen
tur eſſe directi dominii ipſius regis, per not. per gl. ibi. Et
ſic in iſtis ſingularibus feudis retinebit poſſeſſionem ci-
uilem, quā non retineret, ſi non haberet directū dñium
vt per gloſſ. finalē, & Doct. in le. prima. C. vti poſſ. Sed *
Lud. Rom. non putat hoc ibi eſſe verum, q̄a ſi directum
eſt apud eccleſiam, & vtile tantum apud regem, tanquā
vaſallum, ſequitur, ꝙ apud regem non poteſt eſſe aliq̄d
directū dominium in ſolidum. dic. §. ſi duobus. Et ideo
melius eſt locutus Bald. in d. c. cæterum. licèt Roma ipſe
non alleget. Et vltra ipſos vr̄ aperta deciſio Ioan. And.
pro dicto eorum in d. uerſ. xxxviij. Et ſm̄ prędicta intel-
lige notata per do. Ant. in c. potuit. ver. ſed dubium eſt. j̃.
de loca. & Bal. in d. l. 1. ver. dic breuiter. C. uti. poſſ. & per
Do. Ant. in d. c. cæterùm. ver. q̄d ſi feudatarius. ¶ Cæterū
70 † in quantum dictum eſt poſt do. Abb. quòd vaſallus nō
poteſt relinquere feudū pro anima, per tex. in c. 1. §. do-
nare. qualiter olim feud. alie. pot. Adde Bal. in l. volun-
tas. C. de fideicom. vbi dicit, ꝙ filia prohibita alienare ex
tra familiam, non poteſt legare extraneo pro anima, per
d. §. donare. Et per illum textum Lud. Rom. in authen.
ſimiliter. ver. xv. & ſeq. deſtruit duo dicta Bal. Primum
dictū Bal. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa. de do. inter. vi. &
uxor. dum dicit, ꝙ ſi res eſt donata cum pacto, ꝙ non
poſſit alienari, tamen ad pias cauſas pōt alienari. ¶ Secū-
dum dictum Baldi ī l. fi. per illum tex. C. de ſacroſan. ec-
cle. dum dixit, ſtatutum prohibēs minorem, uel mulierē
alienare ſine certa ſolennitate, non procedit, ſi alienat
in eccleſiam. Nam hæc duo dicta ſunt contra tex. in d.
§. donare. ſecundùm eū. de quo infrà proximè dicitur.
¶ Et adde Baldum in c. imperialem. in prin verſ. quæro
ergo. de ꝓhib. feudi alien. ubi dicit, ꝙ ſi vaſallus legauit
feudū eccleſiæ, nō tenetur dominus eā inueſtire, quia du
raret apud eccleſiam in infinitum, & in hoc eccleſia eſt
deterioris conditionis. Alleg. no. in leg. ſi ita quis. §. ea
lege. ff. de uer. oblig. & cum iſtis concor. Baldus & Imo.
hìc, quia eccleſia eſt de perſonis prohibitis, in c. ſi clien-
tulus. de alie. feu. Et iſta concluſio ampliatur adeo, ꝙ ſi
relinquitur feudum pro anima. non debetur, ſm̄ Bal. in
l. 1. verſi. quæro vlterius, C. de ſacroſanct. eccl. Alleg. c. 1.
circa medium, in tit. qualiter feu. olim alie. po. & quod
hr̄ in c. filius. j̃. de teſta. & in l. uxor patrui. C. de leg. & idē
vr̄ velle Bal. in d. §. donare. verſi. ſed ego quæro. Pro quo
facit, q̄d no. glo. in c. ſi ep̄s. xij. q. v. & Inno. in d. c. filius. &
Pau. de Caſt. in l. cùm alienā. C. de leg. & Bar. in l. apud Iu
lianum. §. conſtat. ff. de leg. 1. & quod ſentit glo. xij. q. ij.
in ſum. vbi habetur, ꝙ legatum de rebus eccleſię, non va
let, etiā quò ad hoc, vt debeatur æſtimatio, ſed quia in
hoc eſt varietas, & contrarium tenet Baldus in d. l. cùm
alienam. & Baldus Imo. & Paul. de Caſtr. in d. §. conſtat.
& Hoſt. in d. c. filius, & latiſſimè dom. Abb. alibi in repe.
c. cū eſſes. verſ. venio ad quæſtiones, & primò quæro. eo
dem tit. & facit, quod no. Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua.
verſ. xcvij. ideo hanc ampliationē aliter non firmo, ſed
cùm pendeat ab intellectu d. c. filius. remitto ad Ludo.
Rom. profundiſſimè de eius intellectu loquentem. in d.
authen. ſimiliter. in x. priuilegio pię cauſæ, circa teſtamē
ta, & Doct. in d. c. filius. ¶ Erit ergo in propoſito regula-
riter verum, ꝙ feudum pro anima re-
linqui non poteſt a. ¶ Ad cuius regulæ
intellectum dantur quatuor limitatio
nes. Et primò limita ex dictis Hoſt. qui
plenè & altiùs oībus ponit hanc mate
riā in tit. de immu. eccl. §. in quantum.
ver. ſed nec illa immunitas. maximè
ibi, ſolutio, qualitas feudi &c. Vbi di-
71 cit, ꝙ † iſta habēt locū in feudo, quod
non eſt perpetuum, ſed ad tempus, &
in quo ſeruitium nō poteſt pręſtari per
alium. Sed ubi iſta duo ceſſant, poteſt
feudum relinqui pro anima, quia cùm
non agatur de præiudicio domini, non
debet eſſe locus pius deterioris condi-
tionis, quam alius, in quem tale feudū
alienari poteſt, vt ibi per eum oſtendē-
tem, ꝙ tex. in §. donare. non potuit ali-
ter præiudicare eccleſiis, & hoc dictum
ſequūtur hìc in paucis Io. And. Domi.
& alii cōiter, * & Cal. in tit. de feu. con
ſil. 10. & Lud. Rom. conſi. 199. incip. In
Chriſti, præſens ſtatuti particula. & in
ſing. 54. incip. Tu ſcis, ꝙ vaſallus. & ibi
fatetur ſe ignoraſſe hoc dictū in repe-
d. authen. ſimiliter. videlicet, ꝙ. §. dona
re. non procedit indiſtinctè de iure Ca
nonico, ſed non aperit, an per hoc ceſ
ſent dictæ impugnationes ſuæ, quas ibi
fecit contra Bal. fundantem in d. §. do-
nare. ¶ In quo reſpectu primę, videli-
cet an pactū de non alienādo intelligatur etiam in piā
cauſam? dic, ꝙ iſtud pendet ab alio dubio, ſ. quando va-
leat pactum de non alienando, de quo per Bar. & alios
in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & in l. ea lege.
cum ſequ. C. de cond. ob cau. & Pet. de Anch. in conſil.
411. & Bal. hìc, & in c. at ſi clerici. j̃. de iud. cum concor.
In quibus etiam ponitur de alienante rem eccleſiæ, &
uidetur, ꝙ ubi prohibitio tenet, operetur etiam in alie-
natione, que fit in eccleſiā, niſi prohibitus alienare ingre
diatur monaſterium, vt latiùs in dictis locis. Et pro hoc
ultimo facit, quod dicetur propè verſi. tertiò limita. Ali
ter tamen non affirmo, quia dictum Bal. in §. conceſſa.
ſequitur Ludo. in d. conſil. & ſentit etiam Bal. in d. §. do-
nare. dum dicit, ꝙ eſt ſpeciale in feudo, & latè ipſe fir-
mat hoc in d. §. conceſſa. in recollectis. Sed in ſecunda
impugnatione videtur cōtrariū, ꝙ imò mulier, vel mi-
nor poſſit alienare ſine ſolennitate ſtatuti, quia alienat
in piā cām, vt per do. Abb. in c. relatum, el 1. j̃. de teſta.
poſt Bal. in l. generali. C. de ſac. ſan. eccl. & tetigi in c. j. in
6. fallētia, ſupra eo. ¶ Eſt verum, ꝙ in hac prima limita-
tione ſubdit ſingulariter Imo. hìc, ꝙ vr̄ intelligenda, q̄n
feudum relinquitur alicui pauperi pro anima, ſecus ſi ec
cleſiæ cùm cēſeatur de p̄ſonis prohibitis, nec in illa trā
feratur feudum. c. ſi clientulus. de alie. feu. & facit c. 2. §.
pe. in fi. de le. Conra. vbi feudum non poteſt dari alteri
perſonę, per quam fieret deterior condō domini, ſm̄ eū.
Sed tamen iſtud eſt contra deciſionē Hoſt. in loco præ-
alleg. & ſequacium, qui non faciunt hanc differentiam
inter eccleſiam & pauperē. Et obſtant etiam rationes
Hoſt. ibi, quas imitando poſſet dici, ꝙ ſicut diſpoſitio. §.
donare. non potuit nocere eccleſijs, quando natura feu
di nō repugnat translationi in eccleſiam, ut ſupra po-
nitur pro conſtanti. Ita nec alia iura, ꝑ notata in c. eccle
ſia. j̃. eo. maximè per do. Abb. ibi in uer. ad primū dico.
Nec iſto caſu immortalitas eccleſiæ facit deteriorem
conditionē domini, cùm non loquamur in feudo tem-
porali, ſed ꝑpetuo. Nec eſt expeditum, ꝙ eccleſia dicat̄
de perſonis prohibitis, maximè niſi ſeruitium eſt per ip
ſam præſtabile. Patet ex not. per dom. Ant. & alios in c.
in præſentia. de proba. per Arc. in c. ſi qua mulier. 19. q.
vlt. per Bal. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. per Bald. in re
pe. l. de quibus. ff. de legi. cum concord. quas aliàs dedi in
c. in præſentia. de proba. Et quamuis iſtud videatur ſu-
ſtentabile, tamen in practica multùm valeret authori-
72 tas Imo. ¶ Secundò limita dictam ꝯcluſionē, niſi † va-
ſallus daret eccleſiæ feudum francum, & exemptū a le-
gibus pœnalibus feudorum, quia talis alienatio pro ani
ma, tenet, ſm̄ Bald. in c. inter dilectos. uerſic. ſed nūquid.
j̃. de fi. inſtru. & in l. ſi plures C. de ꝯdi. inſer. & in authē.
niſi rogati. uerſ & fuit quęſtio de facto. C. ad Treb. & ubi
que allegat dictum c. inter dilectos. Quod autem dicat̄
feudum francum b, vide aliquid per
Baldum in d. l. ſi plures, ſed pleniùs in
c. 1. ver. alia quæſtio formatur ab Old.
de capit. qui cur. vend. Nam francum
eſt, quod ſui iuris eſt, nulli ſeruituti ſub
iacens, & cui onus imponi non po-
teſt, niſi illud, de quo in feudi præſtatione fuit dictum,
infeudatur enim tunc etiam proprietas. Nam ex pa-
cto

a Non poteſt. *Ad de Bar. Cep. in c. 1. 28. differentia. de cog. feu. & Ia. Alua. in c. 1. an ag ve i ſi. & Pau. de Caſt. conſ. 161. & dom. Soci. conſi. 19. incip. Pro deciſione prædicta ver. circa quam q. cum ver. ſeq. & ver. nec obſt. vbi plenè, an vaſallus, ſeu feudatarius poſsit inſtituere herede extraneum in feudo, vel ab inteſtato decedens tranſmittat feudū ad ſuum hæredē extraneū, aut reuertatur ad dominum, & an poſsit donare īter viuos, vel ob cauſam mortis, vel relinquere, vel legare pro anima.*

b Francum. *Vide nota. per Pau. de Caſtr. in ſuo conſ. 161. in 3. col.*

cto omne dominium concedi pōt feudatario, ſm Ioan. Mo. in c. Abba. de re iudi. in 6. quē etiam Bal. alleg. in l. 1. versic. quæro. an valeat ꝯfessio tutoris. C. de ꝯfes. Et aliquid ꝑ Ioan. And. in Spec. in rubrica de præscrip. ¶ Tertiò limita, nisi † feudū transiret in ecclesiā simul cū va-
73 sallo: qa tenet alienatio, donec viuit naturaliter vasallus ingrediens monasterium, vt latè ꝑ Inno. & oēs in c. in pręsentia. de probat. gl. & Bal. in c. 1. de benefi. fœmi. Sal. in aucten. ingressi. C. de sac. sa. ecc. Ioan. And. ī Spec. de sta. mo. §. 1. versi. 45. & Bal. in d. authen. nisi rogati. & hic cū ꝯcor. quas alias dedi in d. c. in pręsentia. vbi ēt respondi iuribus facientibus ꝯrium. Et poterit monasterium præstare seruitium per substitutū, vt in dictis locis & Io. An. in Spe. in tit. de feud. §. 1. ver. 21. & probatur in cap. 1. §. si quis decesserit. & ibi not. si de feu. fue. controuer. & in l. quisquis. cū glo. & ibi not. Doc. & in l. ad similitudinē. C. de epis. & cle. An aūt hæc limitatio procedat vbi vasallus non pōt seruire per substitutū, vt qa eēt electa industria personæ, examinātur in locis præallegatis, maximè in d. c. in ꝑsentia. vbi est locus proprius: & ibi dicta multùm seruiūt ad totā hāc quæstionē. ¶ Quartò limita singulariter, nisi † habens feudū ab ecclesia velit
74 ipsum transferre in aliā ecclesiā, ēt nō requisita ecclesia dn̄a: quia pōt, vt per hoc eripiatur de manibus laicorū illud feudū, nā honestius est, ꝙ penes ecclesiā sit, q̄ penes laicū, ꝑsertim cùm oēs ecclesiæ sint vna ecclesia & mēbra vniuersalis ecclæ, c. pe. §. vna verò. de sum. tri. & decidit Do. Abb. in c. cùm Apostolica. infra, de his, q̄ fi. à ꝑla. motus ꝑ illū tex. nisi uoluerit habēs decimas vnius ecclę in feudum donare eas alteri ecclesiæ prima nō requisita: qđ fuit ratione ꝑdicta, ſm eū. Et sic habes casū generaliter, in quo feudū trāsit in ecclesiā. Sed cogitabā an dici posset, ꝙ ille tex. nō sit hoc mō dilatādus; qa loqtur in feudo decimarū obtēto ante ꝯciliū, de quo in c. ꝑhibemus. de deci. cui⁹ recuperationē & reseruationē ad ecclam adeò desiderabat lex Canonica, ꝙ ad quancūq; ecclam rediret, cū ꝯsensu vasalli valebat alienatio, dūmodò exiret manū laicā, modo trahere hūc specialē respectū, quē habuit ille tex. ꝑ recuperatione rei spiritualis ad oē aliud feudum ecclę, non puto sustentabile; qa si ecclesia inuestiuit laicū de re tpali in feudum, negari nō pōt, quin agatur de interesse ecclesiæ ex alienatione feudi; fit. n. eius ꝯditio deterior, cū speraret eius reuersio nē in multis casibus, quib. feudum reuertit; & hæc spes firmiter quæsita ꝑdit ꝑ alienationē in aliā ecclam. Nec sufficit, ꝙ oēs ecclæ sint large vna ecclesia, quia ꝑ hoc non debet auferri vni, & dari alteri, c. cū causæ. de ꝑben. Aliàs nūquā ecclesia restitueret in integrū aduersus aliā ecclam. ꝯ c. auditis. j. de rest. in inte. quia posset dici, vnā nō dānificari, si alia haberet, qđ est absurdum. Et iō ista limitatio ꝓcedere pōt solùm in casu c. cùm Apostolica. scilicet feudi dicimarū. Sed extendere ad oē feudū esset periculosum, & ideo poteris cogitate, quia istā ꝯsiderationē nō reperio ab alio scriptā. ¶ In ea glo. ibi, a nec feudū dari potest in dotē a. intellige verò, qn̄ † pater filię vult sibi dare
75 feudū in dotē, vt ꝑpetuū sit dos sua; sed si daret, vt habeat, donec vasallus viuit benè pōt, ſm Inn. & oēs ī c. nuper. ꝑ illū tex. j. de donatio. inter vir. & vxor. & Io. An. & Do. Ant. & oēs hìc & Rotā in nouis decisi. 196. incipiēte, Pater pōt dare feudum, & Host. & Ioan. An. in c. 5. de feu. & Spec. in titulo, de feu. n. 2. ver. 19. & Cy. ī l. volūtas. C. de fideicom. ¶ facit, qđ no. Sal. in l. 1. C. de reb. alie. nō alien. Et ideo dixit Bal. in c. j. in prin. an mari. succe. vxori in benef. ꝙ fœmina habēs feudū fęmineū, nō pōt ipsum dare in dotē alteri mulieri, sed pro seipsa benè potest dare in dotem: quia non est ex toto alienatum, qđ in dote propria retinetur. Potest ēt dare modo prædicto, ſm eū. Et idē Lud. Ro. ꝯsil. 457. inci. Omnipotētis. circa propositā. ad fi. Et

a In dotem. *Adde Card. in cap. 2. de feu. & in c. potuit. 4. q. de loc. et Bar. Cepo. in c. 1. 15. dist. de collat. feu. & omnino vide Ro. decis. 202. patet, in no. & ad de do. Soci. consil. 19. inci. Pro decisione predictæ. versi. verùm prædictis minimè. circa fi. cum versi. seq. in 1. parte.*

secundum prędicta intellige Ioan. And. in tit. de loca. §. nūc aliqua, versiculo 19. vt ꝑ Imo. in dicto cap. 2. de feu. Mortuo ergo vasallo, vel muliere feudataria, reuertetur feudū ad eū, ad quē ex forma inuestituræ reuerti habet, nō autem remanebit marito, secundùm prędictos. Secus est in emphyteusi: quia potest dari in dotem filiæ, & mortuo patre filia poterit retinere, ex quo est transitoria ad hęredes, vt per Spec. de loca. versi. 109. & ibi per Ioan. And. vbi dicit idē in donatione propter nupti. Et de hoc per Imo. in capit. potuit. infrà de loca. Et aduerte, quia in quantum prędicti Docto. sentiunt, ꝙ hoc sit speciale fauore dotis, videntur velle, ꝙ aliàs non liceret feudatario, vel emphyteutæ cōcedere rem alicui ad vitam sine consensu domini. Pro quo facit, quia ista est alienatio, clemen. prima, de re. eccle. non alie. vbi translatio ad longum tempus est alienatio, & per Bartol. in l. prima. §. quod ait ff. de superficiebus. & in l. pen. §. instituto. ff. de lega. secundo, cum concor. nisi concederet quis feudum faciēdo alium vasallum suum, vt supra dictū ē. ¶ In ea. gl. ibi, l. interdū. licèt illa lex non probet contrarium, vt ostendunt hìc Doct. tn̄ statur hic. opin.
76 contrariæ, quòd † vasallus possit renunciare feudo inuito domino, per text. in cap. 1. de vasal. qui contra consti. Loth. Et assignatur ratio: quia cùm concedatur feudum principaliter in fauorem vasalli, potest ipse fauori suo renunciare, ca. ad Apostolicā. infrà, de regularibus. Secus in alijs ꝯtractibus; quia ex postfacto sunt necessitatis, l. sicut. C. de act. & ob. & hanc opi. tenet ēt Archid. in cap. de forma 22. q. 5. allegans pro casu d. c. 1. & Spec. loquens tamen de consue. in tit. de feu. §. quoniam. ver. 28. in fi. Host. expressè in tit de feu. §. fi. ver. est & in summa. & Bal. in l. 1. in 12. q. ff. de rer. diui. & in l. cum Archimedoram. in fi. C. vt in pos. leg Et istud ponitur pro regula, quòd vasallus inuito domino renunciare potest
b feudo b. ¶ sed fallit quinque casibus.
77 ¶ Primò † fallit, vbi renunciatio esset nimis intempestiua, secūdū Ioā. And. & omnes hìc, per ea quæ habentur in l. sed etiam socius. §. fi. ff. pro socio. vbi permissa libera renunciatione societatis, nō intelligitur de intempestiua. Et idem tenet Ioā. And. in addi. Spec. in titulo, de loc. §. nūc aliqua. ver. 128. ponens exēplū, qn̄ vasallus renūciat feudo tēpore, quo guerra imminet domino suo. Pro quo exemplo facit: qa tūc seruitiū incipit esse certum. Vnde vasallus incipit efficaciter obligari: & sic non potest dimittendo feudū reijcere onus, vt dicit gl. notabilis in le. incola. la 2. ff. ad municip. volens, quòd post impositum munus non possit renunciari incolatui, vt ibi per eum. In quo vltimo latè instat Lud. Ro. in l. is, cū quo. ff. de aqua plu. arc. & facit, quod no. Spe. in ti. de censi. §. 1. ver. item pone, quædam vicinia. Et hanc fallentiam & dictū exēplum ponit ēt Bal. hìc, dicens, nō valere renunciationē vasalli tempore, quo dn̄s est in bello, arg. l. filiæ meæ. ff. sol. mat. nisi posset consuli indemnitati domini prouidendo de vasallo ęquè idoneo, secundū eum: ꝙ no. & benè facit ad hæc, c. 1. de renun. ibi, tanto discrimine. & quod ibi Imo. in notabilib. ¶ Secundò fallit, vbi renunciaret nō in manib. domini, sed alterius; quia non nocet domino, ſm prædictos, arg. l. seruitutes. § pe. ff. de serui. vrb. præd. & quod habetur in c. quod in dubijs. j. de renun. & in c. cùm tēpore. j. de arbi. & sequitur Bal. in c. 1. in ti. de alie. feu. paterni. ¶ Tertiò † fallit, qn̄ ꝓ feudo ꝑstatur certum seruitiū; quia tunc vasallus nō potest renūciare feudo, ſm gl. in c. 1. in fi. de cap. qui cur. vend. & in c. imperialē. §. callidis. & ibi Bal. de prohi. fe. alie. per Fede. & Ioan. And. in d. ver. 128. & Dy. & Bar. in l. is, cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & Bal. in prooemio feudo. ver. sed statim quæritur. & in c. 1. ad fin. de vasallo, qui contra constit. Lotha. & Pau. de Leaza. in c. potuit. de loca. ver. defende Vin. Et adducitur ratio; quia dominus est

b Feudo *Vide tamen Hostien. in l. cùm fructuarius paratus. ff. de vsufru. & in l. loci. §. fi. ff. si ser. vendi. & in l. si absente. de vsufr. & in l. si alienus. §. sui. ff. de noxa. & vide Barthol. Cepol. de ser. vr. c. 143. & Car. hic. & in cle. 2. §. denique. 7. q. de reiu.*

quasi in possessione seruitij, ex quo seruitiũ certũ est. Ergo nõ debet dñs eo spoliari, arg. notatorũ in c. querelã, 1. de ele. vbi aũt simpliciter conceditur, nõ cã certi seruitij procedit regula, quia obligatio incerta quousque nõ certificat̃, non põt vasallũ obligare, l. vbi aũt nõ apparet ff. de verb. ob. ¶ Hãc fallẽtiã intellige, qñ præstatio seruitij continet dationẽ, sed qñ continet factũ tantùm, videtur, ꝙ vasallus non cogatur prçcisè ad seruitiũ, sed liberetur prçstando interesse, per regulã l. stipulationes non diuidunt̃. ver. Celsus. ff. de ver. obl. ſm Bal. in d. proœmio nisi per iuramẽtum se obligasset ad actum: quia tunc virtute ipsius põt præcisè cõpelli ꝑ gl. vulgatam ĩ l. si pecunia. ff. de cond. ob caus. per quã ita tenet Bal. in dicto prœmio, & sequitur Lud. hoc solùm ponens in ꝓposito in d. l. is, cũ quo. & pendet à quçstione trita, an iuramentũ debeat seruari in forma specifica, in qua aliàs satis labo-
79 raui in c. ad nostram. lo 1. ĩ. de iureiur. ¶ Et † intelligas, ſm Bal. hìc, de iuramẽto specifico obligante ad certũ factũ: nõ aũt de implicito. ꝑ qđ iuramẽtũ se obligat, quia tunc quilibet vasallus includeret̃ in hoc dicto, cùm quilibet iuret, d. c. 1. de forma fidel. Et ꝓ hoc de iuramẽto facit, qđ no. Bal. in authen. habita. ver. sed ꝯ hoc oppono. C. ne filius pro patre. vbi dicit, ꝙ scholaris ꝯuentus corã rectore non põt ipsum declinare ratione iuramẽti, quo est ei astrictus. Ad hçredem tñ iurantis non transiret dicta virtus iuramenti, ſm Bal. vbi supra ꝑ not. ꝑ Inno.* & alios in c. veritatis. de iureiu. Et hæc fallẽtia cõiter tenet̃, vt in locis ꝓdictis, & seruaret̃ in practica ꝑ authoritatẽ glo. in d. c. 1. ſm Imo. hìc, licèt de rigore iuris sentiant contrarium, propter tex. in c. 1. de vasal. qui ꝯtra consti.
80 Loth. indistinctè loquẽtem. ¶ Ex his infert̃, ꝙ † emphyteuta nõ põt renunciare emphyteusi inuito dño, cùm teneatur ad prçstandũ seruitiũ certũ ꝑ viã dandi. Vnde dimittendo rẽ, non potest ab hac obligatione personali liberari, & probat̃ in l. quicunque. C. de fun. patrimoni. lib. 11. Et ita infert Pau. in d. c. potuit. & Ioan. And. in d. ver. 128. nisi pactũ, vel consuetudo aliud inducat, secundùm eũ. Nec videtur, ꝙ ex omni cã iusta possit emphyteusis dimitti, vt sentit ibi Specu. nisi esset talis, ex qua à iure liberet̃, vt in exemplo ibi posito per Spec. qñ tota res perijt, iuxta l. 1. C. de iu. emphyt. Et hoc de mente Bart. in d. l. is, cũ quo. & de hoc vide ẽt Imo. in d. c. potuit & Bal. in l. ij. C. de iure emphyte. ¶ Quartò fallit, qñ feudũ non habẽs certũ seruitiũ conceditur per stipulationẽ, & sic per ꝯtractũ nominatũ in l. iuris gentiu. §. quinimo. ff. de pac. quia tũc renunciari non põt, ꝑ l. sicut. C. de act. & oblig. & not. in l. ex placito. C. de re. permu. Regula aũt procedit in contractu innominato, in quo non interuenit stipulatio. Ita declarant hic Io. de Lig. & Do. Car. & sentit Spec. in d. vers. 218. in ti. de feud. ¶ Quç opi. si esset vera, quasi nunq̃ haberet locum renũciatio feudi inuito domino, cũ cõiter hodie in quolibet contractu soleat apponi stipulatio, secundùm Imo. hìc propter hoc eam nõ sequit̃. Et idẽ tenet Bal. in d. proœ. feudorũ. Addit tñ, ꝙ tenet̃ ad interesse, & credẽdum est, ꝙ senserit, vbi obligatio consistit in faciendo, nõ in dando, quia tunc non teneret̃ ad interesse. Idẽ ẽt Bal. in c. 1. de vasal. qui contra const. Loth. Quia ex quo annihilat̃ feudũ per renunciationẽ, videtur tolli stipulatio, quç venit accessoria feudo, arg. l. non dubiũ. C. de legi. & c. inter dilectos ĩ. de fi. inst. Quç rõ non parũ vrget, cùm ꝓsupponamus tunc nõ posse renunciari. ¶ Et ꝑ hoc ẽt imitãdo Imo. facit: quia sicut incertitudo impedit obligationẽ cõtractus innominati, ita ẽt nominati, d. l. vbi aũt. & l. triticũ. ff. de verbo. obliga. & quia ista sola ratio incertitudinis est illa, quæ facit valere renunciationẽ inuito domino.
81 Vnde nõ requirit̃ distinctio prædicta. ¶ Fallit † quintò seu declarat̃ notabiliter ſm Host. Do. Ant. & Imo. hic, & do. Card. in cle. postoralis. §. denique. in 6. q. de re iud. vt licèt vasallus possit inuito domino renunciare feudo, & nõ teneatur ei seruire, tñ nõ debet eũ offendere in memoriã pristini dominij arg. l. seruos, C. de q̃stio. vbi q semel fuit seruus alicuius, nõ torquetur in caput eius in memoria præcedentis dominij. Quod dictũ confirmari põt; quia videmus in simili, ꝙ memoria & reliquiç pristinæ qualitatis etiam abolitæ multũ operant̃. Vnde dixit glo. not. in cap. si qui episcopi. 92. distinct. ꝙ si clericus fuit promotus ad episcopatũ, & sine culpa fortè ob insolentiã populi non potuit episcopatũ cõsequi, renunciauit promotioni, nõ potest deponi ab alio, quã à Papa in memoriã pristinæ promotionis, arg. l. fi. ff. de decu. vbi qui desijt esse decurio, nõ torquet̃ in memoriã prioris dignitatis. ¶ Et hinc est, ꝙ ei, qui semel fuit legatus, semꝑ debetur reuerentia in memoriã pristinç dignitatis, ſm Spec. in ti. de lega. §. finitur. in fi. ꝑ l. vnicã, cũ suis ꝯcor. C. de comi. qui prouin. regunt, lib. 12. vbi comes post depositum officiũ gubernaculorũ prouinciæ fungitur priuilegio vicariæ dignitatis. Et hinc est, ꝙ qui deposuit officiũ aduocationis, est in dignitate, & appellatur clarissimus, vnde torqueri non potest, & debet in eo seruari. l. ad egregias. ff. de iureiu. secundum Bart. in l. 1. ꝑ illũ tex. C. de aduo. diuer. iud. Et hinc est, ꝙ qui semel fuit abbas deposito officio sine culpa, obtinet primũ locũ ĩ choro & cõuentu post abbatẽ in memoriã pristinæ dignitatis secundũ Io. de Lig. in cle. ne in agro. de sta. mo. Sequitur
82 ibi Imo. ver. in vlti. q. ¶ Et † hinc est, ꝙ nouitius exiens de religione, in qua assumpserat habitum, licèt possit vti vestib. secularibus, non tñ debet vti lasciuis in memoriã pristinæ religionis, ſm Ioan. And. in c. consulti. ĩ. de reg. per d. l. seruos. & sequitur ibi Do. Ant. & Do. Abb. dicens, hoc esse consilium. Et hinc est, ꝙ si monasteriũ expulit monachum, & in alio monasterio fuerit receptus debet primũ monasteriũ prouidere sibi de necessarijs, secundũ Io. An in c. fi. prope. fi. de reg. in memoriã pristinç fraternitatis. Et hinc est, quòd mitiùs punitur ille, qui semel fuit notarius, & modò depositus conficit instrumenta, q̃ ille, qui nunquam fuit notarius, in memoriã pristini officij & propter primordiũ veritatis, secundũ Bald. in l. data opera. C. qui acc. nõ pos. Et ista ab alio nõ reducta seruient ad multa. ¶ Nihilominus ista fallẽtia nõ procedit in duobus casibus. Primus est, qñ dñs offenderet ipsum olim vasallum, quia potest se contra eũ defendere, vt per gl. in cap. vnico, in fi. in tit. hìc finitur lex. facit cap. vnicũ, qualiter Dom. propri. priua. vbi si dominus offendit vasallum, priuatur ipsa proprietate: &
83 sic vasallus potest eũ offendere. ¶ Secundus casus † est, qñ talis olim vasallus requireretur à Papa, vt moueret arma contra illum, cuius fuit olim vasallus, quia iussus Papæ præiudicat illi fidelitati primò præstitç, arg. c. veniẽtes. de iureiu. & l. imperatores. in prin. ff. ad municip. Hos duos casus reperio notatos ꝑ Do. Car. in certis suis notatis causarũ, q̃ sunt post consilia: & est no. 209. vbi tãgit de quodam comite Alb. qui desijt esse vasallus ducis Mediolani, & effectus est vasallus Papæ. Et idẽ videtur ipse sentire, etsi factus esset vasallus alterius, & ei iurasset fidelitatem; quia videtur iurasse ẽt contra primũ dominũ, quod tamen non affirmat. Sed tenendo etiam hunc tertiũ casum, posset cõfirmari: quia sublata cã feudi est sublatũ ipsum iuramẽtum, qđ regulariter secundũ materiam, super qua prestatur, l. fi. C. de nõ nu. pec. c. ad nostram. il. 1. de iureiu. Et facit c. 2. de spons. & quod ibi dicitur de iuramento præstito ab homine homini. Et qui vellet multum insistere huic rationi, fortè cogeretur cõcludere, ꝙ imò ista fallentia iuris non probetur, tamẽ ipsam nõ moueo, tũ propter eius çquitatẽ supra cõfirmatam, tum ꝑ authoritatẽ Hostien. & aliorũ hic. Sed caue in secũdo casu, quẽ dixi, quia tunc demũ iussus Papæ excusat venientẽ contra iuramentũ, quando Papa scit de iuramento, aliàs nõ, secundũ D. Ant. & alios in c. cõstitutus. ĩ. de restitu. cũ concor. quas ibi dicã. ¶ Extra gl.
84 ꝑ intellectu prædictorũ restat concludere, ꝙ † vasallus inuito domino non potest regulariter feudũ alienare. Et hoc procedit, siue per contractum inter viuos, siue in vltima voluntate, vt in c. 1. de prohibi. ali. feu. Et si aliçnet, amittit ipsum, & notarius scribens grauiter punitur, vt ibi: & ista regula ponitur ĩ c. 1. de prohibi. feu. alie. ꝑ Lotha. & in c. 1. de vasal. q contra consti. Lotha. ¶ Et hinc est, ꝙ non potest alienare ẽt in aliũ conuasallum, secundùm

ſm Bal.in c.j.ver.quæro,an vaſallus.de prohi.feu.ali.per Fede.niſi in caſu,de quo ibi per eum.Et hinc etiam eſt ꝙ a nō pōt inſolutū dari creditoria,vt no. Bal.in d.c.1.de ꝓhi.feu.alie.per Fed.in verſi.ſed nunquid ex ꝯſuetudine. Nec ēt in emphyteuſim perpetuā ꝯcedi,vł ad longū tēpus locari,qa hoc nō ꝓcul diſtat ab alienatione.in Authen.de nō alie.aut nō ꝑmu. §. alienationis. ēt cū pacto,ꝙ non intelligat̄ tranſlatū vtile dominiū,quia videret̄ factū in fraudē, iuxta notata per Cy.ī l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2.ꝫ Bal.ī c.j.de ꝓh.feu. alie.per Fed.ver.q̄ro, nunq̄d vaſallus. b Nec pōt vaſallus feudum pignorare b, d.c.1.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ Fede.niſi pigno raret dn̄o,c.1.cū materia,ꝫ.de feu.Et ī gn̄ali obligatione,vel hypotheca non venit feudum ſm Spec. in tit. de pig. §. 1. ver. ſed nunquid feudum. & Bal. in l.voluntas.C.de fideicom. & ſentit Bar.in d.§.inſtituto.& latè Ro.poſt Bal. in l. ſi conſtāte. §.quoties.ver.itē inquantū.4.q.&c.ff.ſol.mat. cōtra Bar. ibi.Et ſi dn̄s eēt bānitus,vel excōicatus,ꝑ hoc nō excuſatur vaſallus,q alienat ſine ꝯſenſu ſuo,ſm Bal.ī c.1.in ti. hìc finit̄ lex.Et iſtā regulā deducit latè Do.Marianus de Senis in ſuo conſilio inc. Clariſſimus Rex Martinus. quod eſt in ordine meo 63.¶ Recipit aūt iſta regula nouem declarationes, quarum quatuor retuli ſupra imitando gl.& Doc.Prima fuit,qn̄ vaſallus vult ſibi facere alium vaſallum. Secunda, quando reliquit pro anima. Tertia,quando dat in dotem. Quarta,quando renūciat ipſi dn̄o.Quas intellige & declara vt ſupra. Quinta declaratio eſt,qn̄ in alienatione eſt illa clauſula,Saluo iure dn̄i, ſecundùm Bald. in c. 1. §. donare. qualiter olim feu.alie.pot. idem Bal.loquens de emphyteuſi in l. fi. C. de iu. emph. Ad quod vide eundē in authen. quas actiones.verſi.ego habui. C. de ſacroſan. eccl.Et idē in feudo ſm Iaco.de Aluar.in c.1.in princ. de prohi. feu. alie. per Fed.& Bald.in tit.de pa.Conſtan.in verſi. liuellarię. Ad idē quod no.Bal.in c. j. §. hoc quoque. ad fi.de ſucc. feu. vbi dicit,ꝙ ſi vaſallus alienat ſub iſta ꝯditione, Alieno ſi & in quantū poſſum,aliter non;nullū ſuſtinet amiſſionis periculum, niſi in caſu pulchro & ſin. de quo ibi per eum.¶ Sed iſte modus non eſt tutus, ſecundùm Dom. Abb.in ca.2.ad fi.infra de feu. vbi allegat Bal. & benè ī c.1.§.fi.verſi.ſed pone, pater. quæ fuit prima cau. benefi. amit.Et idem vltra ipſum voluit etiam Bald.in l.1.ver. quęro,quid ſi prohibita.C.de his,quę pœnæ no. quia cū non ſit denunciatū domino,videtur fieri clam. Et ante factū,vel in ipſo facto requiritur licentia: factum autē, id eſt traditio, eſt ꝯ̄rium proteſtationi. Facit,quod notant Hoſt.& Io.And.in c.eā te.de iureiur. vbi dicunt, ꝙ
85 † iſta clauſula,Saluo honore domini,non releuat vaſallum alienātem. Et idem dicit de verbo,Saluo iure,quia malè ius ſeruat,qui totum eneruat. Ideo taliter alienās incidit in commiſſum,ſm eos: & ſequitur ibi dom.Car. do.Ant.& Imo.& Rom.ſing.247.inci.Tu habes,ꝙ vaſallus.¶ Saluatur tamen dictus modus, ſi dicatur,Saluo iure domini,& non aliter, nec alio modo, ſecundùm do. Abb.in d.c.2.& Bal.in loco per eum allegato: quia tūc intendit alienare, cum poſſit, & non aliter, & ſic nihil videtur actum,iuxta not.in l.ſi quidem.C.de excep.& in l.ſi quis locuples.ff.de manumiſ.teſt.Facit,quod no.Bal. in auth. ingreſſi. in 4.col. verſi. quęro ſecundo. C.de ſacroſan ecc.vbi dicit,ꝙ aliud eſt dicere,Profiteor,ſi mihi licèt retinere fundum: & aliud,ſi addatur, Et non aliter nec alio modo,quia iſta verba habent vim cōdōnis.Allegat no.in l.ſiquidem.C.de excep. & idē tenet do.Abb. in c.inſinuante.ad fi.qui cle.uel nouē.Et hoc modo procederet dictum Bal. in d.§. hoc quoque.vbi proprie ſic loquitur. Eſt verum, ꝙ contra iſtam ſaluationem tenet Bal.in propoſito in d.l. voluntas. quia adhuc factum eſt contrariū proteſtationi.Et pro hoc facit:quia dicta verba, Et non aliter,operant̄,vbi agitur de declarando actū nō ꝑiudicialē,vt tradit ꝑ Bal. poſt gl.in d.l.ſi quidē.ſecus ubi actus eſt ꝑiudicās alteri:quia dicta verba nō ꝓſunt. ¶ Vn̄ dicit Bal.in l.j.uerſi.demū quæro.C.de confeſ.ꝙ in re facta non valet ars verborū.Similiter dicit Bal.in c.fi. verſ.aduocati dicunt.ꝫ.de ꝯfeſ.ꝙ iſta verba,Et nō alit. r, nec alio modo:nō proſunt ad cautelā, quia in ꝑiudicialibus non valet proteſtatio.Allegat no.in d.l.ſi quidem. Ex quibus videntur iſti ſeipſos intricare.¶ Sed cogitabā,ſi ꝑ cōcordia poſſent ꝯſiderari tres caſus. Primus,qn̄ vaſallus fecit ꝯ̄tum alienationis,cū clauſula, Saluo iure dn̄i,& nō aliter:& non deuenit ad traditionē, & tunc dn̄s non poſſit eū priuare,cū eius ius nōdū ſit lęſum. Ita ſentiunt prædicti,& maximè Io.An.in c.eā te. ¶ Secundus caſus eſt,qn̄ vaſallus tradidit rē, & per hanc traditionē ſolā agit̄ de ꝑiudicio dn̄i,vt quia tradidit caſtrū, qđ à dn̄o non facilè recuperabitur:& tunc, cū dolus fuerit in traditione, dēt purgari per amiſſionē feudi: & procedūt
86 proximè dicta,ꝙ †in re facta nō proſunt artes verborū, vel ſimulatæ proteſtationes,ſicut dr̄ de eo, qui dicit, Tu mentiris,ſaluo honore tuo, ſecundum do.Card.& dom. Abb.in d.c.eam te.& Bart. & alios in l. ſiquis extraneus. ff.de acq.her.& Bar.in l.item apud.§. ſi quod dr̄.ff. de iniur.cū concor.Et iſtū caſum conſiderauit Bal. in d. c.j.§. fi.dicens,ſe ita conſuluiſſe ꝯ̄ dictā cautelā. ¶ Tertius caſus eſt,qn̄ deuentū eſt ad traditionē cū dicta cōditione, ꝙ ſit ſaluū ius dn̄i, & res pōt ſine difficultate haberi pro non alienata:& tunc cum parum interſit dn̄i, qui poteſt rem ad libitum reſcindere, fortè ſuſtinerentur opiniones prędictæ ꝑ ꝑ dicta verba,Et non aliter,nec alio modo:quia nihil vr̄ actum, vt prædixi: & facit, quod dicetur in ſequenti declaratione.Et ita credo ſenſiſſe omnes prædictos, & ſic intelligi debere, quod no. Bar. in l.ſi q́s locuples. per illum tex.ff.de manu.teſt. & ſequitur Bald. in d.§. hoc quoque.dum dicunt, valere alienationē prædictam, ſi dicatur,Si domino placuerit,vel,Vendo,ſi dominus non reuocauerit,aliàs res ſit inempta.Et hoc modo prędicta remanent clariora, poſſumus tamen adhuc
87 cogitare. ¶ Sexta declaratio eſt,quòd †vaſallus retento penes ſe utili dominio poteſt alienare fructus feudi, ēt locando eos ad longum,uel longiſsimum tēpus,dum modò in tali locatione ad longum,uel longiſsimum tēpus ſit expreſsè dictū, ꝙ nullum utile dominium transferat̄ in ꝯductorem.Ita declarat Bal.hìc,& Inn.in c.ad audientiā.de re.ecc.non alie. & Bal. & Imo. in l.ſi domus. §.fi.ff.de leg.j.& in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega.2. Nec iſtud uidetur fieri in fraudē,prout dixit Bal.aliter tenens in c.imperialem. in prin. de prohi.feu.alie.per Fed. quia ceſſat fraus,ex quo agitur,ꝙ nō tranſeat utile dominium:& ſic non eſt alienatio,ſed trāſlatio ſolius commoditatis reſeruato omni dominio. Bn̄ facit. l. neceſſario. § fi.cū ibi not.ff.de peric.& com.rei uen.& in l.cum manu ſata.§.fi.ff.de contrahen.em.& no.Bald.in l.fin.C. de iu. emphy. ¶ Vbi aūt fieret ſimplex locatio feudi omiſſa dicta reſeruatione,non procederet iſta declaratio, qa ſimplex locatio ad longum, uel lōgiſsimum tēpus ęqui c pollet alienationi c,ſecūdum do.Abb. & Imo.ī d.c.ad audientiam.per illum tex.& do.Ant.& alios in c.nulli.eo. ti. & do.Abb.in c.fi.de eccl.ædif.& Dyn. * & Iac. de Are.& Bart.& cōiter * omnes in d.§.inſtituto.reprobata gl.ibi,cōtra quā etiā tenet Bar.in c.j.qui feu.da. poſ.& in c.imperialem. de prohi. feu. alie.per Fe.in c.j.§.aut ſi libellario. q̄b. mo.feu.amit.& Bal.& Sali.in l.fi.C.de re.alie.non alie.& Ang.in l.j.§.fi.ſi ager uecti.uel emphy.ꝑ Authen.de ali.& em ph.§.ſi uerò aliquis. cum concor. de q̄bus per Io. de Ana.in c. fin.ꝫ. ne prælauic.ſuas.Secus,ſi ad non longum tēpus ſm Bal.in d.l.uoluntas. uer. ſed quid ſi vaſallus.quia prohibitus alienare, non d prohibetur pro modico tp̄e locare d,

a Creditori. *Vide Barto. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. infec. & do. Soci. conſi. xix. incip. pro deciſione prædictæ. ver. circa quam.q.cū ver. ſeq.in 1. parte.*

b Pignorare. *Adde Alex. conſ. ſuo 2. 3. par. & do.Soci.conſi.xix. ſ.alleg.ver.verum prædictis minimè. circa principi. in d.parte.*

c Alienationi. *Ad quod facit, quod habetur per do.Soci.in ſuo conſilio 19. incip.pro deciſione prædictæ. uerſic. uerum prædictis minimè. circa prin.i.parte, quem uide.*

d Locare. *Adde Ang. in Auth. de non alie. §. hoc igitur. & Lau. in l.in quorum.de pigno. Bal. in auth. ei qui. de bon. author.*

thor. in. poss. & Alex. in l. si filio §. fi. solu. matr. & in suo consil. pen. in 4. parte. Qualiter autem modicum tempus intelligatur, vide do. Soci. consi. 32. incipi. Ex his, quæ superius. ver. circa primam quęstionē. circa med. in 1. parte.

a Anni. *Adde But. in c. ad Apostolicę. de donat. vbi loquitur de locatione facta per prælatū de quinquennio in quinquennium: quòd non valet, secundum Lap.*

secundùm Archid. in capitu. iudicatū. 89. dist. per Bart. & alios in l. corē. §. qui maximos. ff. de public. & oēs in cle. 1. de reb. ecc. nō alie. in d. c. fi. ne præla. ¶ Similiter si ī locatione ad longissimum tps diceretur, ꝙ tot essent locationes, quot essent anni a, non eēt cautela tuta, quasi præsumat̄ factū in fraudē, ſm Bal. in d. c. 1. in prin. versi. extra quæro. qui feu. darè poss. pro quo facit quod no. Spec. & Io. An. in ti. de dona. §. 1. ver. quid si aliquis donat. & Bar. ī l. Modestinus. ad fi. ff. de do. & in l. sancimus. §. 2. C. de dona. & per Bald. in l. 2. C. quādo dies leg. ce. cū concor. In quibus dicitur, nō valere donationē vltra quingentos aureos, etiā si dicat̄, ꝙ tot sint donationes, quot summæ, diuidendo in summis paruis. Et bene facit, qđ not. Ang in §. scire aūt. in auth. de non ali. vbi dicit, ꝙ licèt simplex colonus teneat̄ soluere pensionē expectato biennio, l. dñi horreorum. & l. q̄ro. §. inter locatorē. ff. locati. tñ secus est in colono ad magnū tempus: quia acquisiuit ius in re, & expectabit̄ triennio, sicut de emphyteuta priuati est ibi textus cū gl. cum in eo sit eadē ratio, ſm eum quod benè no. Ad idē, quod no. Car. in cle. 1. §. fi. in 2. q. de reb. ecc. nō alie. vbi dicit, ꝙ licèt conductor ad modicū tēpus non habeat possessionē naturalē, nec ciuilē, tñ conductor ad longum tempus naturaliter possidet, & hēt vtile dominiū: & alle. c. potuit. j̃. de loc. & c. olim. 1. j̃. de rest. spo. & sic apparet hāc cautelam esse inutilem, lꝫ aliud dixerit Bal. in d. §. aut si liuellario. in fi. ¶ Similiter si fiat locatio ad tēpus nō longum cum pacto de renouando de tempore in tempus, nō valet talis cautela: q̄a istud nō differt ab alienatione, ſm Lap. alleg. 12. quę incipit, disputat hìc. & Do. Car. in cle. 1. §. fi. in pe. q. de reb. eccl. nō. alie. & Ang. in ꝯ si. 181. inc. Ex forma & serie ad fi. vbi eleganter loquit̄ de isto mō ꝯtrahendi, qui est nouus & in iure non examinatus, ſm eū. Et hoc tenendum est. Et ita vidi ꝯsultū ꝑ Illustres viros, licèt aliter sentiat Bal. in d. l. voluntas. Et ista omnia habeas domestica: q̄a vtilia sunt, & per alios nō ordinata. ¶ Septima declara
88 tio est, ꝙ † vasallus irrequisito dño pōt alienare feudū dando ipsum alteri agnato, qui erat proximior, & debebat succedere in illo feudo post mortem dantis: quia est potiùs refutatio, quę fit agnato proximiori. Ita concludit Bal. post longam disputationē in c. 1. de alie. feu. Et ꝓ plena introductione ad hanc declarationē vide semper ipsum. ¶ Et Adde, quod si sunt multi agnati, & fieret alienatio in vnum in præiudicium aliorum, alij possent reuocare pro parte eos contingente, vel in totum, si in totum eos cōtingat ſm Bald. in c. 1. §. hoc quoq;. vers. 7. de suc. feu per l. fi. ista § diui. ff. de leg. 1. & no. in l. post mortem. C. de fideius. & in le. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. 2. ¶ Tñ quia in hoc non ꝯtemnitur dominus, vt est dictum, non admittuntur agnati, nisi aperta eis via per mortē vasalli, ſm ipsum, per not. ibi. & hoc ipse intelligit, nisi per annum taceant agnati à die scientiæ: quia perinde est, ac si consensissent alienationi, per c. Titius filius. si de sen. vasal. fue. interpel. ſm eum. Et ſm prædicta intellige etiam no. per Bal. in c. vnico, de vasal. qui ꝯtra consti. Loth. & quod no. Imo. post Io. de Lig. in cle. 2. in
89 fi. de iure pat. ¶ Octaua declaratio est, ꝙ † vasallus pōt alienare feudum diuidendo ipsum inter se, & aliū conuasallū eiusdē feudi, vt est tex. in c. 1. §. præterea ducatus de prohi. feu. alie per Fed. Dicitur enim potiùs quædam renunciatio, q̄ alienatio, vt in pręcedenti declaratione. Et est bo. tex. in c. 1. in princ. ibi, non est libellus, sed quædā refutatio. de ali. feu. pater. & no. Bal. in l. si plures. C. de condi. inser. sicut dicitur in simili, ꝙ patronus potest donare suū iuspatro. alteri cōpatrono sine consensu episcopi, qui aliàs requiritur, vt probat text. nō. iuncta gl. in versic. liberè. in cle. 2. de iurepa. & est text. secundū vnū intellectū ī c. ex insinuatione j̃. de iure pa. & glo. in c. nemini. 16. q. 7. & hinc est, quod diuisio facta inter fratres de feudo non excludit ius accrescendi altero moriente, quando in diuisione aliquid remansit viuēti, secus si nihil: q̄a portio accrescit viuenti. Ita no. Bal. in l. 1. vers. sed an diuisio. C. qñ non pe. par. ¶ Similiter dr̄, ꝙ si emphyteuta diuidit rē ecclæ cū alio emphyteuta, non tenetur ecclesiā requirere, prout aliàs, vt no. Fede. consilio 228. incip. Factū est tale, duo fratres. & Barto. consi. 58. incip. Et ex themate prædicto, per dictū. §. præterea ducatus, etiam quia nō pręiudicat domino, vt per eum ibi, & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de ver. obl. in l. domus. §. fi. ff. de leg. 1. in l. & iō. ff. de ꝯdi. fur. & in l. cum hi. §. si vni. cū seq. ff. de trāsactio & in l. 1. C. de impo. lucra. descr. lib. 10. & Lud. Ro. ī l. stipulationes nō diuidunt̄. ff. de ver. ob. & Bal. in le. voluntas. C. de fideicommiss. & Salic. in l. ea lege. ff. de condictio. ob causam. de quo per Bal. in c. imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & Cal. in tit. de loca. consil. 10. & Spe. in tit. de loc. §. nunc aliqua. versic. 72. & vers. 147. & Bal. in l. si familiæ. C. fami. ercis. & Car. ꝯsi. 17. ¶ Hanc declarationem limita tribus modis. Primò.
90 vt † nō procedat in feudo dignitatis, putà regni, ducatus, machionatus, comitatus, vel alterius habentis iurisdictionem: quia tale feudum non diuiditur b, sed debet apud vnum tantùm residere, vt est glo. in c. licèt. in glo. fin. j̃. đ voto. & ibi plenè Do. Abb. & ē tex. in d. §. p̄terea ducatus. & est gl. fi. in c. si hr̄des. j̃. de testa. Et ratio adducit̄ q̄a talia meli⁹ regunt̄ ab vno solo, quā à pluribus. Vñ inquit Philosophus ī 2. Metaphysicorū. ī fi. Entia nolūt malè disponi. Pluralitas principatuū ē mala. Vn⁹ ergo princeps. Et hoc latè deducit Pe. de Anch. ꝯsi. 335. qđ incipit, Pro maiori intelligētia. & Old. ꝯs. 94. qđ incipit, Eleganter circa negociū, de quo agit̄. & cōs. 24. qđ incipit, Prima. q. & ꝯs. 69. qđ incipit, ꝯsueuit dubitari. tex. in c in apibus. 6. q. 1. & hoc idē testat̄ Sene. in prima tragœdia: Non capit regnum duos. Vñ apud Poetā dr̄, Fraterno primi & c. & alibi, Oīs potestas impatiens cōsortis erit. c. qđ autē. 23. q. 7. Facit c. esto. 95. dis. ibi, vnus dñs, & vnū baptisma: & Apostolus ad Ephes. 4. Vnū caput, vnus spiritus, vnus dñs. c Vñ dr̄ in l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. Necesse est reipublicæ ꝯsuli ꝑ vnū: & dr̄ in c. quoniā in plerisq;. j̃. de offi. ord. & in l. 3. ff. de offi. præfec. vigil. & in Authen. qūo oportet epōs. in princ. Monstruosum est in vno corpore eē plura capita. Vñ dr̄ in tit. j. ad fi. C. de sum. tri. Volo pater, vt ipsi vnū sint in nobis, sicut & nos vnū sumus. Iō dicit glo. mag. in fi. in c. non aūt. 7. q. 1. ꝙ qui crederet ecclesiā vniuersalē saltem posse habere duo capita, esset hæreticus: & est gl. penul. in cle. ad nostrā. in ver. ecclesiæ, de hære. & sequitur Abb. in c. atsi clerici. in prin. de iud. & ī c. j. j̃. de parochijs. & in c. quoniā. & Car. in cle. 1. §. porro. in 2. q. de iureiur. & iō Arch. in c. non autem. 7. q. 1. refert Augustinum dicentem, ꝙ nesciebat iure prohibitū, quod duo possent habere vnū episcopatū, quasi sentiat, quòd nō acceptasset suū. ¶ Ceterùm quāuis talia diuidi nō possint, tñ exercitium, seu administratio

b Non diuiditur. *An feudū dignitatū, videlicet ducatus & c. prout hìc in tex. sit diuisibile de consuetudine, vel de iure: & qualiter intelligatur. §. præterea ducatus. c. imperialē. de prohib. feu. ali. per Feder. vide not. per Soci. qui eum declarat per decē notabiles declarationes in suo cōsil. 165. incip. Visis inuestituris. ver. circa secūdā dubitationē. cum ver. seq. in 2. parte, & vers. 1. per tex. cum ver. seq. q̄bus est ꝑmissa diuisio, & ī q̄b. nō. in quib. aūt locis feuda dignitatum præter regalia diuiduntur contra dispensationem, d. text. c. imperialē. §. præterea ducatus. vide ꝑ eū ī suo cōs. 252. inci. Visis instrumētis cōces. vers. secūdò dico. circa prin. ī d. parte. Itē an, & quādo feudū dignitatis diuidi possit? & an in materia feudorū argumentis legalibus vtendum sit, vel consuetudo agendi præualere debeat, vide per eum in cons. 278. incip. In q. vertente. in princip. cum seq. in d. parte.*

c Vnus dñs. *Ad. de Ro. consil. 12.*

a Diui-

ꝙ ſi audiatur, valet proteſtatio. Pro hoc facit: quia tex. ibi dicit, non eſt audiendus. Vnde non inducit nullitatē in futurum, niſi opponatur exceptio, & repellatur proteſtans, ſm Inno. & Docto. in c. qa fruſtra. ĩ. de vſur. ꝑ Bar. in l. abſentem. ff. de pœnis. ꝑ Bal. in l. non dubium. in fi. C. de legi. cum ſi. ¶ Et intellige hoc, vbi proteſtatio fit ſuꝑ dependentib. à facultate proteſtātis: ſecus ſi nō eſſet in facultate ſua. Et ita intellige glo. in cle. gratiæ. de reſcri. Et ita declarāt ēt Mod. in d. c. ſolicitudine. licèt aliter loquantur ibi do. Anto. & do. Abb. & Imo. & Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. qñ verſiculo, quid ſi proteſtatio. Et pro iſta fallentia facit dictū Inn. in c. Cumana. de ele. cum concor. quas ſ. dedi, vbi pōt quis proteſtari, ꝙ non intendit in iudicem conſentire: & tñ iſta proteſtatio eſt ꝯria facto, per quod ſi non eſſet proteſtatio, obligaretur, per l. e. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudi. Et iſta etiam ſic declarat Imo. in d. §. morte. ¶ Fallit tertiò, qñ factum ꝯrium proteſtationi non procedit à libera voluntate proteſtātis, ſed ꝯ voluntatem ſuam: quia non vitiatur tunc proteſtatio, ſm Io. And. poſt Hoſtien. in ca. Cumana. de ele. & ita intelligunt illum tex. Tñ in hoc imitanda eſt potiùs authoritas eorum, q̃ fundamētum: quia in illo tex. non erat proteſtatio ꝯria facto, ſed ꝯ conſecutiua facti, quæ pendebant à poteſtate proteſtantis, vt ibi per domi. Abb. quem ſ. allegaui. ¶ Fallit quartò in foro conſcientiæ, in quo ſtatur proteſtationi declaratoriæ voluntatis, licèt fuerit factum aliud in ꝯrium, vt colligitur ex dictis do. Anto. & do. Abb. in c. tua. ĩ. de ſponſa. vbi dicunt per illum tex. ꝙ ſi proteſtans, qui non intendit ꝯhere matrimonium per aliquem actum, poſtea ꝯhat, non obligatur quo ad Deum ſi dicit ſe nō habuiſſe animum recedēdi à ꝓteſtatione, niſi ſecuta eſſet copula, ſm eos, & dictū eſt ſ. ¶ In foro autem contentioſo per ꝯtum matrimonii ſimpliciter factum recedi vr̃ à ꝓteſtatione. Et ꝑ hac dr̃ia inter forum conſcientiæ & contentioſum faciunt, q̃ dixi in c. j. in 6. fallentia, ſ. eodem oſtēdendo, ꝙ in foro conſcientiæ attendatur ſola veritas, & ſtatur dicto eius, qui atteſtatur de qualitatib. occultis animi ſui. ¶ Fallit quintò, vbi ꝓteſtatio interpretatiua actus futuri fit ex cauſa iuſta, q̃ concurrit ēt tempore ipſius actus: qa tunc ētſi actus ꝯrius fiat ex interuallo, valet proteſtatio. Ita probatur ex eo, quod notant domi. Anto. & domi. Abb. in d. c. tua nos. vbi dicunt, ꝙ ſi timens metū ſibi inferri, & ſe in actu nō vſurum ꝓteſtari, ꝓteſtetur, ꝙ ꝑ verba aliqua non intendat ꝯhere matrimonium cū Berta, ſed ꝙ per metum faciet, talis proteſtatio vitiat ꝯtū matrimonij poſteà ſimpliciter factum ēt ex interuallo, ētſi pars nō conſenſerit proteſtationi, vel eam ignorauerit, niſi ſm eos ſequatur copula non habens vim preciſam. ¶ Et pro hac fallentia facit optimè. c. j. quod me. cauſa. & c. Lotharius. 31. q. 2. per quæ iura idem tenet do. Abb. hìc, & Domi. clarè in c. j. verſi. hìc verò. 27. diſt. Et adduci poteſt, quod no. in ſimili gl. ordinaria in c. licèt. in gl. fi. de iu. iu. in 6. dicens, ꝙ iuramentum primò interpoſitū in caſu licito derogat ſecundo: circa quam vide plenè Imo. in c. cùm contingat. de iureiurā. in repeti. & Bar. & alios in l. ſi prædium. C. de iure do. & Bar. in d. l. ſi quis ꝓ eo. in tertio mēbro, ff. de fideicom. & l. is, cui bonis. in fi. ff. de ver. obli. & per Specu. in titu. de emp. & vendi. §. 2. in verſi. quid ergo. cum verſi. ſeq. & Imo. in l. ſi æſtimatis. ff. ſo. matri. & l. cùm vir. ff. de vſuca. & per Bal. in l. duobus. §. item Pomponius. ff. de iureiu. & in c. veniens. in fi. de iureiu. vbi ponit de filia tradenda nuptui, quæ primò iurat non alienare, deinde in præſentia patris alienat cū iuramento. ¶ Fallit ſextò & vltimò, vbi factum ꝯrium proteſtationi non eſt factum certum & determinatum ꝯ proteſtationem: ſed eſt dubium & non ita patens ad tollendam proteſtationem præcedentem. Ita limitat do. Anto. in d. c. tua nos. ad finem, de ſponſa. ita dicens tenere Ioan. And. ibi, & ad hoc facere, quod no. Inn. in c. j. quod me. cauſa. & adduci poteſt. quod no. Pau. de Caſt. conſi. 203. inci. Super primo dubio. in ver. nam actus & voluntas &c. ¶ Ad idem vide Ange. in l. metum. la grande, in prin. ff. quod me. cau. ubi dicit, ꝙ actus, qui præſumptiuè & non verè venit ꝯ proteſtationem, non tollit proteſtationem. ¶ Ad idem, quod no. hìc domi. Abb. poſt alios, dum dicit, ꝙ vbi proteſtatio venit ad dandū certum intellectum facto multipliciter intelligibili, nō tollitur per factum ſequens. licèt prima fronte videatur ꝯrium: ſed dēt intelligi ſecundùm proteſtationem præcedētem, & intelligit, qñ proteſtatio fit in pſentia illius, cuius intereſſe vertitur, vt hìc per eum, quem hì declarat ex eo, qđ ipſe ſubdit paulò ĩ. videlicet vbi ex iuſta cauſa non auderet proteſtari: & dictū eſt ſ. in primo arti. principali. ¶ Et iſta ſufficiant ꝑ modū additionem ad totā hanc profundiſſimam materiam, de qua ad ſaturitatē exorditur hìc do. Anto. & Domi. eum abbreuians: & latè per Domi. in d. c. j. 27. diſtin. & Docto. in locis ſ. alle. Et ad materiam ēt conuenit, qđ tetigi in c. cùm acceſſiſſent. ſ. eo. in 5. limitat. ad illum articulum, qñ per actum ꝯrium renuncietur priuilegio. Item conuenit, qđ dixi in c. q in eccleſiarum. ſ. eo. ad fi. in 5. declaratione illius articuli, quando uaſallus iuuetur per proteſtationem factam in alienatione feudi, dicendo, Saluo iure dñi &c.

¶ VLTIMO circa ea, quę dixi ſ. ſuper gl. in verbo, vltra numerum. adde do. Cardi. conſi. 109. inci. Vacantib.
80 canonicatu & præbenda. vbi conſuluit, ꝙ ſi † aliquis ſe intruſit vt canonicū ſuprà numerum taxatum, & canonici eum tolerant diu, ēt permittendo eum participare de emolumentis, per hoc non eſt fructus numerus, nec acquiritur ius canonicale. Et ibi ēt ponit, qualiter frangatur numerus, & eius deciſio ſeruiet ad multa: mouet, qa nihil poteſt dici factum à capitulo, niſi qđ capitulariter cōcludit, vt per gl. in c. in Geneſi. in verbo, conſenſus. de ele. cum cōcor. quas dixi in c. cùm oẽs. ſ. eo. ¶ Itē qa ad fracturam numeri requiruntur actus poſitiui, c. dilecto. in verbo, creando. de præbē. & hìc in verbo, receperunt. ergo tolerātia non ſufficit: qa non hr̃ loco tituli ēt in perſona, quæ poteſt tacitè diſpenſare, cle. ſi ſummus. de ſenten. excō. facit c. cùm iam dudum, de præben. Nec ob. ꝙ fuit ei reſponſum de reditibus: quia iſte actus, licèt ſit poſitiuus, tñ eſt actus executiuus & acceſſorius ad principale, cum habenti præbendam debeantur fructus. c. relatum. ĩ. de præben. & ex actu acceſſorio non confertur principale. licèt econtra. ca. ſi cofirmationem. de ele. in 6. & regula, acceſſorium. de regu. iu. eodē. lib. ¶ Item iſti actus facerent fidem in poſſeſſorio, non in petitorio, d. c. dilecto. quod optimè probatur, ſm eum ibi iuncta glo. in verbo, per hæc. quæ dicit, ꝙ tractare aliquem pro canonico non facit eum canonicum: quia requiritur canonica electio. Hæc tñ faciunt præſumptionem ſm Archi. in c. ꝯ morem. 100. diſtin. Sed præſumptio illa tollit ex probatione ꝯria nullitatis tituli, de qua ibi per eum: quod conſilium tene menti ad hæc & alia ſimilia. Et optimè confirmari poteſt ex dicto Archi. & Domi. in c. de co. 50. diſtin. vbi dicunt, ꝙ ſi canonici tacuerunt, qñ eps in eorum damnum cōtulit canonicatum, poſſunt mortuo epo agere ꝯ illum, vt remoueatur, ētſi diu tacuerūt, quando viuente epo non fuiſſent auſi contradicere: & facit c. j. ĩ. quod me. cau. ¶ Adde ēt pro iſto conſilio notabile dictum Inno. in c. olim. 3. in fi. ĩ. de reſti. ſpo. & ſequuntur do. Anto. Imo. & Domi. in c. gratum. ĩ. de offi. dele. vbi dixit, ꝙ per actum conſiſtentem in pati, non renunciaretur appellationi: quia actus tales non arguunt conſenſum, ſicut actus conſiſtens in agere, vt eſt gl. ſ. ca. proximo, in ver. contrauenerunt. ibi, dixit Io. per quam dicūt etiam do. Anto. ꝙ Domi. in c. veniens. ĩ. de fi. presby. ꝙ actus ſuperioris conſiſtens in pati, nunquam inducit diſpenſationem, allegando Inno. in d. c. olim.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione religioſorum an veniant fratres tertij ordinis ſancti Franciſci.*

2 *Et qui veniant appellatione religioſorum.*

3 *Approbare ſtatuta laicorum reſpectu eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum, ſpectat ad Papam tantùm.*

4 *In generali confirmatione ſtatutorum, quam facit Papa, non intelligitur*

ligitur confirmare, quæ sunt contra libertatem ecclesiarum.

5 Papa an possit se subijcere iurisdictioni imperatoris.

6 Papa an possit facere, vt iudex laicus iudicet clericos. Vsq; ibi, in glo.2.

7 Bona clericorum patrimonialia an gaudeant priuilegio cum bonis ecclesiæ.

8 Statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialibus clericorum.

9 Bona patrimonialia clericorum an præscribantur, sicut bona laicorum.

10 Clericus ubi est ordinatus ad titulum patrimonij sui, tunc etiam in casibus à iure expressis bona ipsa patrimonialia gaudent priuilegio clericorum.

11 Casus, in quo clericus maiorem habet prærogatiuam in bonis patrimonialibus, quàm in bonis ecclesiæ.

12 Iudex si pronunciat non visis actis, vel sine causæ cognitione, an sententia teneat. Et hæc disputatio longa est.

13 Executor mixtus qualiter debet procedere.

14 Iudex si non potuit instrui ex breuitate temporis, an sententia sit nulla.

15 Decretũ interpositũ à iudice sine causæ cognitione ẽ ipso iure nullũ.

16 Arbitrator si laudauit ex abrupto, arbitramentum est nullum.

17 Sententia lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla. Et concludit post longam disputationem.

18 Quam conclusionem limitat sex modis, quos vide nu. hoc, & nume.19.20.21.22.23.

24 Sententia lata nullis factis probationibus an teneat.

25 Missus in possessionem inordinatè & sine causæ cognitione non facit fructus suos.

26 Episcopus non potest statuere, quòd liceat pronunciare sine causæ cognitione.

27 Dispensatio facta ab inferiori à Papa sine causæ cognitione non valet.

28 Interlocutoria lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla, sicut dicitur de sententia diffinitiua.

29 Omissio ordinis iudiciarij in causis ordinarijs sicut reddit processũ nullum, ita omissio ordinis qualisqualis in extraordinarijs.

30 Iudex si aliquem spoliauit sine causæ cognitione ante omnia est restituendus.

31 Rescriptum vetans causæ cognitionem est suspectum de falso.

32 Iudicium inchoatum super rebus, quæ breuissimo tempore corruptionem patiuntur, eius tractatus non debet esse longus. nu.33.

34 Cõmissio facta à iudice sine causę cognitione nõ trãsit in successorẽ.

35 Ordo iuris non seruatur in curia regis Francorum.

36 Statuta laicorum quando comprehendant clericos, vel ecclesias.

37 Leges Imperatorum an comprehendant clericos.

38 Papa quando fundet decisiones suas super legibus imperatorum. Vbi enumerat multa iura Papę & Imperatorum, quæ operę pretium est videre.

39 Leges dicuntur iustæ tribus modis.

40 Leges ciuiles an ligent in foro conscientię.

41 Lex ciuilis si concernat peccatum non est seruanda in foro Canonico, nec in foro Ciuili.

42 Interficiens adulterum in casu à lege permisso an sit tutus in foro seculari in terris imperij.

Non licet adulterum occidere ex interuallo. Ibidem.

43 Lex ciuilis si deuiat à iure Canonico, est seruanda in foro ciuili, & canon in foro canonico.

44 Canones præualent legibus in terris subiectis temporaliter Romanæ ecclesiæ. Ex quo resultant quatuor effectus, quos vide, nu.45.46.47.48.

49 Canon habet locum in terris imperij, vbi casus non est decisus per ius ciuile.

50 Inferiores à principe non possunt facere generalem interpretationem legum, sed specialem sic.

51 Leges si contrariantur canonibus in materia miserabilium personarum, præualent canones etiam in foro ciuili.

52 Lex ciuilis vbi non reprobatur à canone, si tamen fouet lucrum proximo odiosum, vel rigorem quendam, non est seruanda in foro contentioso Canonico.

53 Lex ciuilis & canonica vbi contrariantur in materia non concernente peccatum, illa preualet, quæ benignior est ad inducendum euitationem penę.

54 Lex ciuilis & canon si discordant in materia feudorum, cui potius standum sit.

55 Lex, vel statutum semper seruatur, vel consuetudo illius loci, vbi causa agitatur.

56 Pœna legis imposita contrahenti matrimonium, non odio contractus, sed fauore filiorum, valet.

57 Pœnæ legales impositę contrahentibus secundas nuptias infra annum luctus non sunt correctæ de iure canonico, vbi ex contractu earum resultat turbatio & incertitudo prolis.

58 Lex ciuilis valet disponens circa accidentia temporalia ad actum spiritualem, puta super dote.

59 Statutum puniens contrahentem matrimonium turpiter valet, putà sine consensu patris.

60 Lex ciuilis non valet in materia spectante ad ecclesiam, dato quòd de illa principaliter non disponat, sed procedat tollendo lucrum, quod alias dederat.

61 Lex, quę prohibet mulierem raptam nubere raptori, an sit seruanda de iure canonico.

62 Leges prohibentes matrimonium inter certas personas non prohibitas de iure canonico, putà inter tutorem & pupillum, non habent hodie locum.

63 Statutum imponens pœnam amissionis dotis mulieri nubenti viro indigno sine consensu patris, an hodie habeat locum.

64 Lex ciuilis non valet disponens presumptiuè in materia spirituali stante lege canonica in contrarium.

65 Lex ciuilis disponens in materia spirituali non valet, etiamsi non reperiatur lex canonica in contrarium.

66 Statutum irritans contractum iuratum quando valeat, vel non. Hęc est longa altercatio, tamen multoties occurrit, & maximè in partibus Italię, vbi multa statuta conferunt.

67 Clericus hæres non implens uoluntatem defuncti priuatur hereditate, sicut laicus.

68 Lex ciuilis quãdo respũ certę causę attribuit alicui iurisdõnem vniuersaliter, talis lex comprehendit ẽt clericos actiuè & passiuè, in quibus viget illa qualitas super qua fundatur illa iurisdictio.

69 Statuta quę dicantur contra libertatem ecclesiasticam, vel non.

70 Statutum si ponit extra protectionem communis omnem declinantem forum potestatis, an sit contra libertatem ecclesiasticam.

71 Cautela, quando clericus non incurrit pœnas statuti, vide nu. 72.73.74.75.

76 Statuta laicorum an valeant disponentia, quòd predia peruenientia ad ecclesiam subijciantur oneribus à populo imponendis.

77 Testator legando fundum ecclesiæ, potest disponere, quòd pro dicto fundo teneatur soluere pro communi onera & collectas.

78 Statutum si disponit, quòd mulier excludatur extantibus masculis, an mulier monacha excludatur.

79 Statutum non loquens specialiter de ingredientibus, vel ingressis monasteria, sed generaliter, quod nulla mulier succedat extantibus masculis, comprehendit etiam monachas.

80 Statutum si disponit, ꝙ masculi excludant fœminas, an clericus gaudebit priuilegio huius statuti contra fœminas? & concludit, ꝙ sic.

81 Statuta laicorum disponentia de ecclesijs, vel clericis, nec in materia tangente priuilegia, vel iura sua, sed simpliciter aliquid honestè disponunt, an debeant valere, quo ad clericos.

82 Statutum si irritet donationem non insinuatam, quando excedit certam summam, si fiat talis donatio clerico non facta insinuatione, non tenebit.

83 Testamentum laici, in quo clericus instituitur, non seruatis solennitatibus legis, vel statuti secularis, non valet.

84 Statutum si dicit, quòd res dotalis non possit alienari, si clericus emat, non valet alienatio.

85 Item ponit hic quatuor notabilia, quando ecclesia ligatur statutis laicorum, vel non: quę uideantur nu.86.87.88.

89 Statutum prohibens alienationem fieri in non subditum an comprehendat clericos. Vide limitationes nu.90.91.92.93.

94 Statutum si disponit, quòd de quolibet relicto ad pias causas soluãtur duo solidi certę fabricę, an comprehendat ecclesias? & concludit, quòd non.

95 Statutum laicorum non preiudicat ecclesię, etiamsi eodem momẽto prodest alteri ecclesię.

96 Statutum laicorum, quòd nulla persona apprehendat possessionem sine licentia dominorum populi, an comprehendat clericos? & concludit, quòd non, sequendo opinionem do. Abbatis.

97 Statutum laicorum reuocans aliud statutum suum, quod est merè priuilegiatiuum ecclesiarum, putà quòd debeatur omni anno certa

certa eleemoſyna alicui pio loco, an valeat. Imperator an poſsit priuilegium tollere, quod ſemel conceſsit eccleſiæ. Poſt nu. 97. verſi. pro prima.

98 *Si clerici, vel eccleſia, committerent ingratitudinem contra latorem legis priuilegiatiuę, quid iuris?*

99 *Statutum laicorum imponens pœnam conſanguineis propter inobedientiam clericorum an valeat.*

100 *Laici quare per præſcriptionem nocent eccleſijs acquirendo eorũ bona, & non per conſuetudinem, vel conſtitutionem.*

101 *Conſuetudo, quę pręfert primogenitum in hęreditate an noceat clerico ſecundo genito.*

102 *Statutũ laicorum editũ contra concubinas clericorum an valeat.*

103 *Clerici coniugati an ligentur ſtatutis laicorum.*

104 *Exempla ſex ponit deſcripta in iure, quando ſub verbis generalibus non includuntur eccleſiæ, vel eccleſiaſtica perſonę.*

105 *Clericus negociator non eſt immunis à gabella in concernentibus negociationem.*

106 *Clerici ſunt immunes à gabellis, quas ſoluunt itinerantes in paſsibus pro rebus, quas deferunt. Excipit tres caſus, quos vide ibidẽ.*

107 *Epiſcopus qualiter debet prouidere, ne clerici grauentur ſtatutis laicorum. Et ponit tria remedia, vt nu. 108. 109.*

110 *Dicta de clericis intelliguntur etiam de clericis conſtitutis in minoribus ordinibus.*

CAPITVLVM X.

ECcleſia ſanctę Marię.

¶Statutum generale laicorũ ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas, vel earũ bona, in earum ꝑiudicium non extenditur, nec ẽt ſpãle, ẽtſi eorum commodum & fauorem concernat. H.D. Diuide, vt ꝑ do. Et imitabor do. Abb. referendo eũ tã in lec. q̃ in repe. ſolùm vbi additione opus eſt, faciendo ex dictionib. aliã repetitionem vltra ſuam. ¶No. primò, ꝙ laicorum quidã ſunt religioſi, & quidã nõ: & ſcias, ꝙ verbum, Religioſi, capitur largiſſimè, largè, & ſtrictè, ꝑ do. Abb. Et adde pleniùs Io. And. in rub. ĩ. de regu. & ibi ꝑ do An-
1 to. & do. Abb. q inferunt notabiliter, ꝙ † in diſpoſitione odioſa appellatione religioſorũ non veniunt illi, q non ꝓfitent̃ tria ſubſtantialia: & iõ non veniunt fratres, vel ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci, vel Ieſuati, vel alię mulieres mãtellatæ: ſecus in diſpõne fauorabili, ſm eũ. De quo ẽt per do. Abb. in c. dilecto. de maio. & obe. & in c. cauſam ĩ. de iudi. & de materia vide do. Card. ꝯſi. 139. inci. In aliquib. locis. & ibi ſignanter voluit, ꝙ iura, quæ prohibent nouas religiones creare inconſulto Papa, ca. fi ĩ. de reli. domi. & c. j. eo. titu. in 6. non intelligunt̃ de il-
lis q inducunt nouũ modũ viuẽdi religioſè non facta ꝓ- 5
feſſione: qa illi non inducunt nouã religionẽ, ex quo illa non eſt propriè religio, ꝑ prædicta. Quod dictum cõfundit ea, q̃ dixit Abbas in c. 2. in ver. & his concludo, quid dicendum. de fo. cõpe. dum dicit, ꝙ viuẽtes in vnũ vt religioſi. & nõ trãsferentes ſe ad regulas approbatas, ſunt in peccato mortali: qa hoc nõ vr̃ procedere, vbi non cõcurrunt requiſita in religione ꝓpria, prout eſt profeſſio, ꝑ prædicta. Quod benè no. Et ꝓ iſta deci. do. Car. facit, qđ no. do. Abb. cõſi. 55. inci. In q. quę vertit̃ inter fratres ſancti Fran. maximè ver. & primò ad iura, q̃ vñr multũ ſtringere, dum loquitur de Ieſuatis, & tenet eorum vitã eſſe approbatam, non vt religioſorum ꝓpriè, ſed vt laudabiliter viuentium ſine ꝓfeſſione, & vide in hac materia do. Abb. conſi. 05. inci. Chriſti, de cuius ordine &c. pro euidentia. vbi multa ponit. maximè vbi dicit, ꝙ Fratres de la Scala, & fratres tertij ordinis, & ſimiles habentes modum viuendi approbatum, dñr perſonæ Deo deuotæ, ſed non ꝓpriè religioſi a. ¶Adde ẽt Dom. in c. vt officiũ. §. verùm. de hę.
2 in 6. vbi ex dictis Archi. infert, ꝙ † in ſtatutis & alijs diſpoſitionibus, quę ſtrictè interpretãtur, appellatio Religioſorũ intelligitur de illis qui ſuſceperũt habitum in religione. Quod dictũ limita, niſi ſtatutum ſic intellectũ redderetur ſuperfluum, & nihil adderet iuri cõi, ſm Pe. de Ancha in d. Rub. de regula. vbi dicit, ſe conſuluiſſe Senis, ꝙ ſtatutũ prohibẽs religioſum aſſumi ad officia, intelligit̃ de religioſis largo mõ: putà de rectore hoſpitalis habente certum deuotum habitũ: qa ſi intelligeretur de religioſis ꝓpriè, cum eis iura interdicãt officia ſecularia, ſtatutũ nihil adderet iuri cõi, ſm eum: de quo tñ dubitat ibi do. Abb. tum ꝓp ꝑdicta, tum quia ſufficit, ꝙ ſtatutum operet̃ hoc, ꝙ ex ipſo competat ius agendi, iuxta doctrinã Bar. in l. 3. §. ſed rem. ff. de lega. 3. & in l. j. ff. ad l. Falci. & in l. non ſolùm. ff. de rei ven. cum ſi. Sed hæc reſpõſio indigeret longiori examine, vt patebit ex dicendis in c. cùm dilectus. ĩ. de conſue. & maximè ex notatis per Matheſilanum no. ſuo 80. inci. no. ꝙ Bar. Vnde eam pro nunc aliter affirmare nõ curo. ¶An autem appellatione religioſorum veniant religioſi tranſlati ad eccleſias ſeculares? & quid de clericis ſecularibus, ſcripſi aliàs in c. tua nos. de iureiu. ¶No. ſe-
3 cundò † caſum reſeruatum Papæ, ſ approbare ſtatuta laicorum reſpũ eccleſiarum & eccleſiaſticarum ꝑſonarũ: qa inferior ab eo non põt laicis cõmittere negocia eccleſiaſtica, c. 2. de iudi. Et de Papa allegãt ẽt in ſimili Docto. hanc gl. in c. præter hoc. §. ad hoc. in verb. ducib. 72. diſtin. vbi dat facultatem laico excõicandi. Ad idem gl. & Archi in c. benè quidem. 96. diſtin. in ver. ꝑter Romanum Pontificẽ. & laico cõmittit cãm criminalẽ clerici, vt in c. Mennam. 2. q. 5. & confirmando talia ſtatuta facit ea ſua, l. j. C. de ve. iu. enu. c. ſi Apoſtolicę. de pręben.
4 in 6. ſm Docto. hic. ¶Adde tñ, ꝙ † in generali ꝯfirmatione ſtatutorum, quã facit Papa, non intelligitur cõfirmare ea, q̃ ſunt contra libertatem eccleſiarum, ſm Bal. ſignanter in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. Alle. Inno. in c. j. ad fi. ĩ. de tranſact. vbi hoc non dicit. Dicunt tñ ibi Inn. Hoſtien. & Io. And. ꝙ licèt ſtatuta laicorum ſuper eccleſiaſticis ſint ipſo iure nulla, tñ ſi Papa illa in ſuis literis inſerat approbando, valebunt, per tex. hic, & in c. pe. de cõfir. vtil. vel inuti. Et pro hoc dicto Bal. facit, quod notant Gui. de Cug. & Bal. in l. j. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alienis iu. & Bal. in l. j. in 2. no. C. de monopolijs. & Bal. poſt Cy. in l. cum oportet. in prin. C. de bo. quæ li. & Bal. in ca. j. in prin. per illum tex. per quos fiat inueſtitura. & in l. nec dãnoſa. C. de preci. impe. offe. & Ro. in l. quod ſeruus. ff. de acqui. poſ. vbi dicunt, ꝙ in generali confirmatione ſtatutorum, vel priuilegiorũ, vel alterius diſpõnis nunquã intelligitur confirmatum aliquid illicitum. Et benè facit c. ſi gratioſe. in fi. de reſcri. in 6. & in l. ſi ꝓcurator. in prin. ff. de condi. ind. cum ſi. ¶Et ex his infert hìc Ioan.
5 And. an † Papa poſſit ſeipſum ſubijcere iuriſdõni imperatoris, vel laici? & concludit, ꝙ nõ: quia irrogaret iniuria Deo, ſi vicarius ſuus iudicaret̃ à laico: & ideo cũ non agatur principaliter de honore Papæ, ſed Dei, non pt̃ illi priuilegio renunciare. Et rñdet ad c. nos ſi incõpetenter. 2. q. 7. ꝙ ibi iudicium ſumit̃ pro diſcretione, & ꝙ ex nimia humilitate Papa ibi ſubiecit ſe iudicio imperatoris: vel ꝙ factũ narrat, de iure fieri non põt. Et iſtam deciſionẽ Io. And approbauit hìc do. Anto. Abb. Imo. & Domi. do. Anto. poſt Io. And. in c. ſignificaſti. ĩ. de fo. cõpe. & ibi do. Abb. latè. Idem tenet ibi domi. Car. in 2. oppoſi. rñs meliùs ad d. cap. nos ſi incompetenter, ꝙ ibi Papa ſubiecit ſe, volens ſponte recipere correctionẽ, tanquã monitionem: non ꝙ fecerit illum ſuũ iudicẽ. Idẽ tenet Archi. in d. c. tua nos. & do. Abb. in c. at ſi clerici. in prin. de iudi. dicẽs, hoc eſſe notandum ꝯ multos, q ruditer alle. d. c. tua nos. Idẽ ipſe tenet in c. P. & G. de of. dele. Et tenendo hanc partem non ob. l. eſt receptũ. ff. de iu. om. iudi. vbi vr̃, ꝙ ſuperior iudex poſſit ſe ſubijcere inferiori, & reſpectu contentioſæ iuriſdictionis: quia reſpondet hìc Imo. ꝙ ibi poterat ſuperior prorogare iuriſdõnem inferioris: qđ non eſt in caſu iſto, in quo clericus nõ prorogat iuriſdõnem laici, d. c. ſi diligenti. de fo. compe. Et non dr̃ tunc minor iudicare maiorem: quia prorogatio facit de maiore minorem, & econuerſo, ſm eum. ¶Sed contrariam opi. ꝙ imò Papa poſſit ſe ſubijcere laico, tenet

tio eſt ſatis. verſi. eſt enim aduertendum. cum verſi. ſeq. 1. parte.

a Religioſi. *Quot autem ſint ſpecies religioſorum, vide plenè per domi. So. ſuo conſi. 13. inci. Pręſens conſulta-*

tenet gl.in c.in synodo.in verbo,Apostolicam.63.dist.&
glo.j.in c.nemo.9.q.2.& Hug.& Io. de Fant. & Dom. in
c.nos si incompetenter,dicentes, ꝙ expositio data hic p
Ioan.And.post Vinc.ad illum tex.nõ congruit re in ver
bo,Terminentur.& in verbo,Diffinitum.Idem sentit gl.
in proœmio Sexti.in verbo.Seruus:& ibi Dom.colligit,
ꝙ Papa possit justè prorogare iurisdictionem iudicis se-
cularis.Et hoc dicit fieri potius ex humilitate,q̃ ex debi-
to.Et idem sentit Ar.in c.si quis super his.7.q.2.vbi dicit,
quòd Gregorius submittẽdo se ibi iudicio alterius,ex hu
militate loquitur.Et ista opi.procedere posset,loquendo
de plenitudine potestatis Papæ,de qua Doc.hic non sen-
tiunt.Sed quærendo,an de iure fieri possit,prima opi. est
verior.p c.si diligen.& c.significasti. de foro comp. & ad
d.cap.tua nos.est multiplex responsio, vt suprà patet. Ad
de istis beatum Tho. in 4. senten. dist. 19. q. j. art. j. vbi
probat, ꝙ Papa non põt dare alicui facultatem, ꝙ eum
excõicet.Et ipsum ad literam refert & sequit Car. sancti
Sixti in trac.de potestate Papæ.quæs.25.¶ An aũt & qua
liter possit Papa se subijcere confessori,dic,vt p do.Ant.
post alios in c.omnis.de pœ.& remis. & p gl.& do. Abb.
in c.sanè.lo.j.de offi.dele.cum ↄcor.quas ibi dedi.Subdit
6 hic do.Abb.iuxta prædicta,se plus putare, ꝙ † Papa non
põt facere,vt laici iudicio suo iudicent clericos, & sic su
bijcere clericos iudicibus laicis:quia hoc priuilegiũ fori
habẽt clerici à Deo, ut no.Inn.ĩ c.2. de ma.& ob. & alle.
bonam gl.in c.si imperator.in ver.discuti.96.dist.& gl.in
c.quanquam.in ver.diuino. de cẽsi. in 6. Et Papa nõ põt
tollere ea,q̃ sunt de iure diuino,25.q.j.c.sunt quidam.Fa
tetur tñ,ꝙ Papa põt eos facere suos delegatos,ut no.in c.
Mennã.2.q.5.& in c.2.de maio.& ob.¶ Addatis do.Car.
idẽ formaliter tenentẽ in repetit.c.perpẽdimus.in princ.
de sen.excom.& do.Abb.latè in d.c.2.de maio.& obe.&
in c.literas.de restit.spol.& in c.proposuit.de ↄces. p̃b.&
Lud.de Roma ĩ sing.424.inci. Sed an possit facere Papa.
& in l. si verò.§.de viro.in 6.fallentia,ff.sol.ma. Et ita in-
ferunt oẽs prædicti pp gl.in d.c.si imperator. & eã ẽt pro
notabili allegat Old.ↄsi.83.incip.an ẽps.& do. Abb.in c.
at si clerici. de iudi. & in c..fi. de fo. comp, & in ca. non
minus.de immu. eccl.Imo.in cle.j.de offi. ord.& cum gl.
concor.Do.de Ro.deci.235.quos refert Dom.in §.leges.
4.dist. Ex quo inferunt, ꝙ iudex laicus ex consuetudine
non põt quærere iurisdictionem in clericos, cum ab eo
sint exempti iure diuino,per prædicta. Ergo consuetudo
nulla,c.fi.de consue.& cum illa gl.concordat Inno. in c.
nouerint.in gl.magna,in prin.de sen.excom.& do.Car.in
clem.j.in prin.in 15.q.de uita & hone.cleri.¶ Subdit do.
Abb.in d.c.2.de maio.& obedi. ꝙ esto, ꝙ istud non esset
priuilegium iuris diuini, tñ non põt dare Papa hanc po-
testatem iudicibus secularibus:quia esset turbare vniuer-
salẽ statũ ecclesiæ,qđ est prohibitum Papæ,ut sing.no.In
no.in c.quanto.ĩ.de ↄsue.cũ ↄcor. ibi dicendis. Itẽ istud
esset ↄ̃ rationẽ naturalem, ꝙ inferior iudicet superiorẽ,
c.cũ inferior.de maiori.& obe.& clerici dicuntur maio-
res quocũque laico,c.qs dubitet.96.dist.& c.duo sunt.12.
q.j.& c.j.§.qa verò. de sacra vnctio.& in c.sacerdotibus.
11.q.j.& c.1.in fi.17.dis.Item aliter esset ↄ̃ rationem natu
ralem,videlicet ꝙ quis cogeretur coram suspecto iudice
litigare,ↄ̃ c.quia suspecti. 3.q.5.qđ patet, qa clerici sunt
infesti laicis,c.laicos.2.q.7.& c.clericis.de immu.eccl.in
6.¶ Et pro limitatione do.Abb. ꝙ aliquę causæ clerico-
rum possunt per Papam delegari laicis,adde tex.in c.of-
ficium.32.dist. vbi cõmisit duobus ducibus cãm clerico-
rũ symoniacorũ,dando sibi potestatẽ deponendi eos.Bo
nus tex.in c.Mennã.2.q.7.vbi fortius patet,ꝙ arbitrio fę-
minæ reginæ Francorũ cõmittit Papa purgationẽ infa-
mię,quã de symonia patiebat quidã ẽps.Ad idẽ tex.in c.
verùm.de foro compe. & in cap.solitæ. de maio. & obe-
die,c.Romana.§.debet.de appella.in 6. & vbiq; per Doc.
ubi ratione feudi, qđ tenet ecclesia à domino tempora
li,subiicitur clericus eius iudicio in concernentibus feu-
dum.No.tertiò optimum tex.ſm Dom. hìc, qui facit in
arg. populus ciuitatis de temporali iurisdictione eccle-
siæ põt facere statuta ↄ̃ canones, quæ ligent ipsos laicos:
quia hic valuit statutum quò ad ipsos laicos, licèt tale
statutum non extenderet ad ecclesiã. Ergo quò ad alios
remanet validum:& tñ erat ↄ̃ canones,ꝙ possessio aufer
retur alienanti,& assignarẽtur agentili.pend.qđ sing.no.
ſm Dominic.hic, q dicit se aliàs vidisse dubitari de hoc:
& alibi non dicit.¶ Addatis Cal.latè idem tenentem in
isto tit.consilio.18.incip. An ciuitas de tẽporali, &c. dũ-
modò faciant statuta rationabilia, & peccati non indu-
ctiua:quia ẽt si statuant ↄ̃ canones,valet statutum.Etquę
dicantur rationabilia,statuг arbitrio iudicantis. Allegat
gl.in c.j.in verbo,rationabilia, quorum simile reperitur
à iure expressum.Et infert valere statutum, ꝙ extãtibus
masculis filiæ fœminæ non succedant: quia licèt sit ↄ̃ ca
nones, est tñ ↄforme iuri diuino ueteris Testamenti: de
quo Numeri.27.c.& vide Dom.in addi.ad dictum con-
silium, vbi pro ista conclusione dixit videri casum in c.
Raynutius.in fi.iuncta gl.ĩ.de testa.Et si diceretur, ꝙ ibi
consuetudo erat ↄ̃ l.ciuilem,non ↄ̃tra l.Canonicam.ex-
pressè respondet,ꝙ ex quo in casibus non decisis à l.Ca-
nonica est approbata lex ciuilis.c.j.de ope.no.nun. satis
dr̃ ↄ̃ ius canonicum illud, qđ est ↄ̃ ius ab eo approbatũ:
quia ea nostra facimus & c.c. Apostolicæ.de præben.in 6.
¶ Adde ẽt do.Abb.in c.qđ clericis,infrà de foro compet.
vbi latè idem tenet, dicens facere tex. optimum in cap.
veniẽtes.de iureiur.vbi ciuitas Tudertina,quę est suppo-
sita ecclesiæ,facit statuta, & habebat consuetudines spe-
ciales,nec Papa reprobat, nisi quatenus tangũt ius & ho
norem principis.¶ Nec obst. ꝙ canones dicant non va-
lere statuta ↄ̃ canones,c.ꝙ super his.cum simil.de maio.
& obe.qa loquuntur de statutis edendis à clericis & con-
cernentibus statum clericalem:secus in concernentibus
ipsos laicos,& non tangentibus reseruata Papæ, vel con
tra bonos mores, vel ubi canon expressè non resistit.His
enim casibus valet statutum, ſm ipsum. Et cum istis ẽt
concordat Car.consil 2.incip.Circa statuta. loquens de
ciuitate Ferrariensi. Idem sentit Bal. loquens de statuto
Spoleti in l.ex placito.versic & hæc faciunt.C.de rerum
permuta.Et sic sentit, ꝙ habeat potestatem faciendi sta-
tuta. Et idẽ sentit in le.j.C.qui bon. ced. pos licèt in istis
duobus locis non exprimat de statutis ↄ̃ canones.Et pro
prædictis optimè facit c.fi.ĩ.de consue.vbi simpliciter di
cit,ꝙ põt induci à quibuscunque consuetudo rationabi
lis ↄ̃ canones. Ergo à paritate rationis idẽ in statutis ra-
tionabilibus.Et facit ẽt c.cùm venissent,de eo, q mit. in
pos. cã rei seruan. dum loquitur de consuetudine, licèt
posset responderi,ꝙ non apparet,ꝙ loquatur de populo
subiecto ecclesiæ Romanę.& prædicta puto verissima,li
cèt Bal.in d. c. venientes. & Bart. in le. si quid. in 4. no.
C.de leg.lib.10.& Bal.in l.oẽs populi.de iust.& iu.velint,
ꝙ requiratur ↄfirmatio superioris:qđ non vr̃ necessariũ,
per prædicta.Et istis adde Bal.ĩ c.si duobus.ad fi.ĩ.de app.
vbi dicit, ꝙ statuta ciuitatum imperij præualent canoni
bus,per illum tex.vbi ad Papã non appellatur in talibus
terris.Quod intellige iuxta gl.in regula,possessor.de reg.
7 iu.ĩ 6.de qua dicetur ĩ.in j.q.¶ In gl.2.in fi.No gl.ꝙ † bo
na p̃rimonialia clericorũ gaudẽt eorũ priuilegio cũ bo-
nis ecclæ,licèt iste tex.hoc non probet,ut hic p do.Abb.
allegãtẽ ad idẽ gl.in c. ex literis ĩ verbo,obligata.de pig.
& in c.fi.in ver.facultatibus.de vi.& honest.cle.in c.simi
liter.in gl.16.quæstio.j.¶ Adde,quod no. do. Ant.in c.j.
ĩ.de consue.ubi dicit de facto se dixisse,ꝙ sicut non pos-
sunt collectari res ecclesiæ, ita nec pa-
a trimonia clericorum a. Et sequitur ibi
Imo.& idem no.dom.Anto.in cap.nõ
minus.in 3.no.ĩ.de immu. eccle.& fa-
cit tex. in authen. item nulla commu-
nitas.in uerbo,nec ab earum ministris.
C.de episc.& cler.& sentit expressè Spe
cul. in titu. de cle. coniug. §. j. ad fi.
versic.quid si clericus.Adde etiam do.
Abb.in c.si clericus. in 2. no. ĩ.de foro
compet.vbi dicit,quòd detinens bona
patrimonialia clerici põt cõueniri co-
ram iudice ecclesiastico;qa quasi sacri

a Clericorum.
Sed quid si bona patrimonialia sunt peruenta clerico ex successione, de quibus prius collecta soluebatur? dic, quòd omnino nõ tenetur, vt per Bar. in suo consil. punctus quæstionis talis est: Quidam

dam Titius olim de Peruſio. & Io. de Por. in conſil. ſuo omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Et ad hoc vide Spec. in terminis in titu. de cleri. coniu. in verſicu. ad huius autem art. Adde tamen, quòd clericus ſuccedens laico tenetur ad collectas præteritas, id eſt, priùs impoſitas, Bal. in conſil. incip. factū tale eſt, quidā laicus &c. & Alexan. in lege, Titio. ad muni. Sed quid pro rebus ſibi datis à fratre laico ī fraudē? Dic, quòd ſic, vt per Spe. in loco alle. ver. quòd ſi fratres.

legus cenſetur. Alleg. ēt, qđ no. Inn. in
ca. cæterùm. ī. de iudi. ubi dicit, ꝙ cleri
cus ſpoliatus pōt ſuū ſpoliatorem co-
ram iudice eccleſiaſtico trahere; quia
ſacrilegij crimen eſt eccleſiaſticū, c. in
canonibus. 26. q. j. Ad idē, qđ no. Old.
conſi. 73. inci. An eps poſſit declinare
forum. vbi diſputando probat & ꝯclu-
dit, ꝙ clericus pro bonis patrimoniali-
bus gaudet priuilegio fori. Eius dicta
ad literam ſequitur Pet. de Mon. in ſua
monarchia, verſi. quartò quæro. licèt
de Old. mentionē nō faciat: & idē latè
probat do. Abb. in c. qualiter. ī. de iud.
& do. Maria. in c. ex parte. de foro cōp.
& facit l. decernimus. in verbo, ſiue de
eccleſiaſticis, ſiue de proprijs. C. de epi-
ſco. audi. cum ꝯcord. allegatis in dictis
locis. ¶ Et ſimilr infert hìc dom. Abb.
8 ꝙ † ſtatutum laicorum non pōt diſpo
nere ſup bonis patrimonialibus cleri-
corū: & ꝙ ubi agitur reali, clericus non
pōt ꝯueniri corā laico: & probat ratio-
nibus, de quibus p eū reſpondentē ad c.
ſolitæ. de maio. & obedien. ¶ Adde do.
Car. poſt Pau. in clem. præſenti, in 2. no.
de cenſi. vbi dicit, ꝙ bona clericorum
non habentia onus annexum ſequun-
tur pſonā, tanquā acceſſoria. Ideo gau
dent eodē priuilegio quò ad forū. Et retenta hac ratione
reprobat illā, quā ponit gl. in d. c. ex literis. ſ. ꝙ bona cle-
ricorum ſunt hypothecata eccleſiæ, ſi ipſi malè admini-
ſtrēt: nam iſta ratio nō ꝯcludit gñaliter: quia ceſſat in nō
habente beneficium, ideo precedens melior ſm eū, cum
quo ꝯcord. ibi Imo. & idem in hoc ſentit do. Abb. in d.
c. ex literis. iu fi. pro qbus allego gl. fi. in fi. c. eps. ī. de preb.
q̄ vult, ꝙ clericus ēt non beneficiatus, ſed ſolùm intitu-
latus ad titulum patrimonij ſui gaudet priuilegio cleri-
cali in bonis patrimonialibus. Et ipſam ēt ponderat ibi
do. Abb. dicens rationem gl. in d. c. ex literis. non eſſe ſuf
ficientem. ¶ Adde ēt iſtis do. Abb. in c. cùm ſit generale.
de foro cōpet. vbi latè probat, ꝙ licèt ille tex. prouideat
ꝯ malefactores eccleſiæ, vt poſſint in utroq; foro conue-
niri, tñ idē eſt in bonis clericorū, per tex. ubi dicit eſſe ca
ſum rotundū in c. ſimiliter. & ibi ēt gl. 16. q. j. Ad idē, qđ
no. do. Ant. in c. venerabilis. ver. aduerte tñ. de iudic. ubi
dicit, ꝙ in cā clerici litigantis coram epo de bonis pro
prijs non currit inſtantia, ſicut nec in bonis eccleſiæ. Et
ponit pro regula, ꝙ bona clericorum gaudent priuilegio
eccleſiarum. Ad idem, qđ no. do. Abb. poſt Inn. & dom.
Ant. in c. cæterùm. in ver. no. ex omnibus prædictis. de iu
di. vbi dicit, ꝙ nedum dr ſacrilegiū in bonis eccleſiæ, ſed
ēt in patrimonialibus clericorum. Et pro dictis eſt ēt gl.
in l. munerum. §. patrimoniorū. in verbo, pontifex. ff. de
mune. & hono. & ſequitur ibi Franciſcus Tigrini, allegā
do gl. in d. cap. ſimiliter. idem ſentit do. Car. referendo
Matthæū in cle. j. 17. quæſ. de vita & honeſtate cleri. Et
hanc partem indiſtinctè ſentit Dominic. in c. quāquam.
ſuper gloſ. in verſi. ipſarum. de cenſi. in 6. ¶ Sed nihilo-
minùs prædicta recipiunt vnam vulgatam reſtrictio-
nem, videlicet vt habeant locum in caſibus ſuis, vt non
ſit generaliter uerum, quòd patrimonialia clericorum
gaudeant eodem priuilegio cum bonis eccleſiarum. Et
ita tradit dom. Anto. in cap. ſi diligenti. verſi. ſatis puta.
de præſcript. faciendo regulam, ꝙ gaudent priuilegiis ec
cleſiarum, vbi apparet expreſſum, vel eſt omnimoda
ratio: aliàs non. Et ibi dat tres inſtantias, in quibus nō æ-
quiparantur, & per eas infert prędictam regulam. Et hāc
doctrinam refert & ſequitur ibi Imo. & pleniùs do. Abb.
dicens ſe ſemper tenuiſſe ita: & idem ipſe tenet hìc, & in
c. 1. de conſue. & in d. c. ex literis. de pigno. & do. Abb. &
Imo. d. c. fi. de vita & honeſta. cleri. & do. Abb. in c. 1. de
dolo, & cont. & Ludo. Bo. in l. vſucapionem. ff. de vſuca.
& vr fuiſſe deciſio Archid. in d. c. quanquam. de cenſi. in
6. ſuper verbo, ipſarum. & ibi gloſ. in eod. verbo; de
qua facit feſtum dom. Abb. in d. c. fi. & idem ſentit dom.
9 Anto. in c. fi. de ſol. ¶ Et hinc eſt, ꝙ † bona patrimonia-
lia clericorum præſcribuntur, ſicut bona laicorum, ſm
gloſ. in c. poſſeſſiones. 16. q. 4. & ſequitur Lud. ſing 463.
incip. tu ſcis gñale. Similiter dixit Spec. in tit. de reſtit. in
integ. §. qualiter. verſi. ſed nunquid. & glo. 2. in clem. 1. de
reſtit. in integ. ꝙ in bonis patrimonialibus non competit
clerico reſtitutio in integrum eo modo, quo competit ī
bonis eccleſiæ. Similiter dixit glo. in ca. ſi tributum. in
verbo, poteſtatem. 11. q. j. ꝙ prædia clerici ceſſantis à ſo-
lutione tributi vendi poſſunt, licèt ſecus in prædiis eccle
ſiæ. Et dicit do. Car. in c. 1. ver. ex his infero. de do. & con-
tu., ꝙ non per oīa cenſentur eodem iure bona eccleſiarū
& clericorum, & ꝙ gl. in d. c. ex literis. pcedit quò ad a-
lia priuilegia, vt quò ad immunitates. Et idem dicit do.
Car. in d. c. fi. de vita & honeſta. cleric. Similiter dixit gl.
in c. nouum genus, de deci. & gl. 1. in c. ſi quis laicus. 16. q.
j. ꝙ licèt de bonis eccleſiarum clerici non ſoluant deci-
mas, vt d. c. nouum. tñ ſecus de patrimonialibus. Et hinc
eſt, ꝙ licet de bonis eccleſiæ non poſſit clericus propria
authoritate cōpromittere, tñ ſecus de patrimonialibus:
quia cōpromittere pōt ēt in laicum, ſm gl. 2. in c. ſi dili-
genti. de foro compet. quam ſequitur & declarat ibi do.
Abb. poſt alios, & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de arbit.
§. fi. ver. in ſumma. & no. do. Ant. & Imo. in c. cum tpe. ad
fi. ī. de arbit. Et ideo dicit do. Abb. in d. c. venerabilis. de
iudi. ver. quinta lectura, ꝙ miratur de eo, qđ ibi dicit do.
Ant. vt ſupra retuli, & concludit ꝯ eum, ꝙ clerico litigā-
ti de bonis propriis ēt in iudicio eccleſiaſtico, currit in-
ſtantia, ſicut laico, per prædicta. Similiter do. Abb. in d. c.
1. de conſuetud. miratur de dom. Ant. ibi, & tenet ꝯ ip-
ſum pp doctrinam ipſius in d. c. ſi diligenti. vt ibi latius
per ipſum, & per Imo. in repe. c. fi. de præſcrip. vbi latè re-
aſſumit dictam doctrinam dom. Ant. declarans optimè
quō intelligatur illud, qđ de prę̄ſcriptione dixit glo. in d.
c. poſſeſſiones. ¶ Qui autem ſint iſti caſus in iure expreſ-
ſi, remittit ipſe ad no. per Ioan. And. in c. j. de cleric. con-
iug. in 6. & ad no. in c. fi. de uita & honeſt. cleric. & aliqui
colligi poſſunt ex allegatis pro parte ꝯria, & per do. Car.
in clem. j. in 17. q. de vita & honeſt. cleric. ubi vr ponere
15. priuilegia clericorum, & per do. Ant. in fi. de ſol. ¶ Et
retenta prędicta doctrina, qua quotidie vtimur, no. duo.
10 Primò, ꝙ † vbi clericus eſt ordinatus ad titulū patrimo
nij ſui, tunc ēt in caſibus à iure non expreſſis bona ipſa
patrimonialia gaudent priuilegio cle-
ricorum a. Ita videtur velle glo. in c.
epiſcopus. in gl. fi. in fine, infra de præ-
ben. Et licèt à Doct. non videatur ſpe-
cificè ad hoc notari, tamen pro ipſa po
teſt quiſpiam adducere: quia ex quo
patrimonium ſubrogatur ſibi loco be-
neficij, non videtur deinceps eſſe ſim-
plex patrimonium temporale & profa
num, ſed quaſi quędam ſpiritualis mer
ces & præmium pro ſeruitijs exhiben-
dis altari ordinatum, vt ſic ſubrogatū
ſapiat naturā illius &c. §. fuerat. Inſtit.
de act. Et tenendo hoc pro vero limita
rem, niſi aliquo caſu eſſet damnoſum
clerico, ꝙ dicta bona reputarent vt ec-
cleſiaſtica, putà reſpectu teſtandi, vel
alienādi; arg. regulæ, qđ ob gratiam. de
reg. iur. in 6. Et benè faciūt no. per Bar.
in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de cōtratab.
& Bal. in l. ſi Ruffinus. C. de teſt. mili. &
dom. Anto. in c. fi. de foro competen.
cum concor. in quibus dicitur, ꝙ priui-
legium datum alicui vt habeatur pro-
ciue, intelligitur pręterquā ī oneroſis.
Sed nihilominùs contra prædicta, vide
licèt quòd imò dicta intitulatio ad pa-
trimonium nihil operatur in hac mā,
eſt gloſ. ordina. in c. tuis. in verbo, ſu-

a Priuilegio clericorum. *Ad qđ adde Panormita. in c. ſi diligenti. in verſic. non obſtat. de præſcript. & Car. in clem. fi. in princ. de cenſi. Et adde tex. in ca. quanquam. cum gloſ. in uerſiculo, ipſorum. de cenſi. qui probat, quod clericus ſit priuilegiatus etiam in patrimonialibus & proprijs, per cap. ſimiliter. 16. quæſt. 1. & ibi gl. in ver. eccleſiæ, & gloſ. & Abb. in d. cap. epiſcopus. alleg. in tex. ubi dicit uerum, etiam ſi non habet beneficium. Sed quid in bonis communibus cum fratre*

tre suo? dic, quòd sic, vt per Spec. in ti. de cle. coniuga. in versi. quid si, clericus.

stentari. de præben. volens, ꝙ de tali patrimonio teneat̃ soluere decimas. Et eã sequitur ibi do. Abb. & ꝯcludit etiã post eã illud, quod s̃. dixi de alienatione, vt ibi latiùs per eum. ¶Secũdò no.
11 casum, in † quo maiorem ꝓrogatiuam hẽt clericus in patrimonialibus, q̃ in bonis ecclesiæ, vcꝫ in iure patro. competente sibi ex patrimonio: nam illi non derogaretur per literas Apostolicas non facientes de eo mentionẽ: secus in competẽte rõne ecclesiæ, f̃m domi. Abb. in c. cùm vos. ff. de offi. ordi. & Imo. in c. dilectus. de offi. le. & dom. Abb. in c. abbatem. post mediũ, j̃. de rescrip. & in c. fi. de iure patrona. & est tex. in ca. cùm dilectus. eo. ti. per quem dicit ibi dom. Abb. in 3. no. ꝙ in patrimonialibus clericus censetur laicus: & tetigi in tracta. meo, de iure patro. incip. Sępenumero. in versi. amplia quintò. & faciunt, q̃ dixi in c. q̃ in ecclesiarum. s̃. eo. in versicu. tertia declaratio. vbi probatũ fuit, ꝙ Papa nõ põt præiudicare clerico sine causa in patrimonialibus.
¶In gl. fi. ibi, sententia nulla. Inducitur hæc gl. per Scri-
12 bentes hìc ad q̃stionem quotidianam, vtrùm † sententia lata non visis actis, vel sine causæ cognitione sit ipso iure nulla, an verò irritanda? In quo passu omisso ꝓ nũc ordine Scribentium, & omni superfluitate truncata, ꝓcedam pleniùs & clariùs cæteris, fortificando vtranque partẽ, demum cõcordando per limitationes, subiunctis nonnullis dictis ornantibus materiã. ¶Et ꝙ p̃dicta sententia non sit ipso iure nulla, vr̃ primò probari per tex. in c. cum Bertoldus. de re iudi. ante fi. ibi, quia causam nõ recepit sufficienter instructam. & ibi, sententiam ipsam duximus irritandam. & ibi dixit Inn. in gl. incip. no. sententiam. ꝙ hoc solùm sufficit ad cassationem sentẽtiæ, videlicet ꝙ iudex probationes cõdemnati non viderit. Quæ verba præsupponunt validitatem s̃nīæ, nisi casset̃: & sequitur formaliter Bal. in le. ab eo. ver. extrà quæro. C. quõ & qñ iudex. ¶Secundò ad idem tex. in c. cùm ad sedem. j̃. de resti. spolia. in ver. nos prioris acta iudicij rescindentes. vbi Papa irritat s̃nīam: motus in effectu, quia acta non examinauerat. Et illum tex. no. Fran. Tigrini in l. properandum. in prin. C. de iud. dicens ibi probari, ꝙ talis sententia non est ipso iure nulla. ¶Tertiò ad idẽ tex. in c. cùm ex literis. vltra medium, & ante finem, j̃. de integ. resti. ibi, qñ plenè de meritis causæ non videbatur instructus, vbi aduersus s̃nīam latam nõ pręcedente plena instructione causæ dat̃ restitutio in integrum, ꝙ præsupponit eam valere. Et ita illum tex. ponderat ibi dom. Abb. reprehendens allegantes eum pro parte contraria. ¶Quartò ad idem tex. hìc in ver. irritum reuocantes. vbi per s̃nīam irritatur s̃nīa lata sine causæ cognitione, quod præsupponit ipsius validitatẽ. ¶Quinto ad idem tex. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. dũ dicit, si non probauit, aut si probantẽ iudex nõ curauit, de ipso, aut de iudice conqueri debet. Vbi vr̃, ꝙ citra remedium appellationis & querelæ sententia lata non visis iuribus partis non sit nulla. Et illum tex. põderat Bal. in c. j. §. itẽ si vasallus. de controuer. inue. ver. sed nunquid tenet sententia. dicens s̃nīam latam non admissis probationibus non esse nullam. Et de tex. meminit ẽt Bald. ad hoc in l. prolatam. versi. sed cõiter dicimus. C. de sent. & interlo. om. iu. subdens illam l. argentarius. esse tex. expressum in hac materia: & de ipsa meminit Bal. in l. mãcipia. ver sicu. ex hoc iud. cõdemnari quendã. C. de ser. fugi. ¶Sextò potest adduci tex. in l. nec causas. C. de app. ponderando ꝑ locum à sp̃ali, dum ꝓbat, ꝙ s̃nīa principis lata sine causæ cognitione est nulla: & idem probat̃ in le. fi. in verbo, cognitionaliter examinauerit. C. de legi. quẽ tex. no. ibi Bal. in 2. no. & do. Abb. in c. cùm olim. de re iud. & in c. j. de cã pos. & propri. Et rõ sp̃alitatis in s̃nīa principis p̃t esse; q̃a ab ea non appellatur, vt d. l. nec causas. & le. j. ff. à quibus appella. non licet. Ideo cessante ista ratione specialitatis in alijs vr̃ s̃nīa valere, nisi per appellationẽ retractetur, arg. l. ius singulare. ff. de leg. cum simi. ¶Septimò facit, quod no. Imo. post domi. Anto. in c. cùm con-
13 tingat. de rescri. vbi dicit, ꝙ si † executor mixtus procedit leuato velo, nullatenus se informãdo, partes possunt appellare, & causa deuoluitur ad curiam. ¶Octauò & vltimò pro hac parte sunt authoritates excellentiũ Doct. & ita tenet Ang. in l. iudices. C. de iud. dum dicit, ꝙ si iudex non visis actis pronũciat, iustè ab eo appellatur. Idẽ tenet Bal. in l. is, apud quem. versi. idem dico, ꝙ licèt iudex. C. de eden. vbi dicit, ꝙ licèt iudex nõ examinauerit acta, tñ s̃nīa non est ipso iure nulla, licèt iudex malè faciat pronunciando non visis actis probatorijs. Alleg. l. si de meis. §. fi. ff. de arbi. Idem sentit Specu. in ti. de senten. prolat. §. qm̃. versi. itẽ oppone, ꝙ iudex. Idem tenet Inn. in c. prudentiã. super verbo, excõicationis. j̃. de offi. delega. in versi. item nec obstat. vbi dicit, ꝙ si mandatur iudici aliàs habenti iurisdõnem, ꝙ talis probauerit talem rem sibi deberi, cõdemnet Titium, & ipse ꝯdemnet eũ, non probato debito, tenet s̃nīa; quia ꝯ̃ ius litigatoris, per c. cum inter. de re iudi. & sic vult valere s̃nīa omissis probationibus. Et eius dictum sæpe allegatur ad vtilia proposita, vt per Bal. in l. præscriptione. C. si ꝯ̃ ius, vel vti. publi. & in le. non dubium. C. de legi. & domi. Abb. in cap. causam, quæ. j̃. de iudi. & Imo. in c. fi. j̃. de præb. & domi. Abb. in c. cum dilecta. infra ti. proxi. cum concord. quas aliàs posui in d. c. prudentiam. Et hanc partem tenuit ẽt Pau. de Leaza. in clemen. dispendiosam. de iudi. & in clemen. pastoralis. de re iud. & Lap. alleg. 28. incip. delegata causa. & Bal. in d. l. nec causas. & in l. petendæ. in prin. C. de tem. & in integ. rest. pet. Et ibi dixit, ꝙ dilatio probatoria concessa sine causę cognitione valet: quia interlocutoria ẽt iniusta trãsit in rem iudicatam, c. cùm cessante. de appella. Et ista vltima ratio multùm vr̃ facere pro hac parte: quia cùm iniquitas, seu iniustitia, quæ oritur ex pręcipitatione sententię, sit contra ius litigatoris, & ipsa non habeat in se errorem iuris expressum, non videtur nulla ipso iure, per d. cap. cum inter. de re iudicata. ¶Sed in contrarium, ꝙ talis sententia sit ipso iure nulla a, adduci potest primò ratio: quia sententia lata ꝯ̃ solitum ordinem iudiciorum est eo ipso iure nulla. Probat̃ in c. ei, qui appel. §. diffinitiua. versi. itẽ si ꝯ̃ solitum. 2. q. 6. & facit glo. xj. q. 3. in sum. Sed solitus est & necessarius ordo iudiciorum, ꝙ iudex cuncta rimetur, c. iudicantem. 23. q. 8. & c. occidit Phineshominem. 23. q. 8. Omittens autem causæ cognitionem nõ dr̃ percunctatus & timari. Ergo s̃nīa nulla. ¶Secundò adducitur: quia transactio & s̃nīa æquiparantur, l. patris. C. de transactio. l. eleganter. §. si q̃s post. ff. de cond. inde. c. j. de lit. contest. in 6. Sed authoritas prætoris interposita super transactione sine causæ cognitione est nulla, l. cum hi. §. si prætor. in verbo, nullius momenti. ff. de transact. quem tex. summè no. Imo. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. Ergo idem dicendum in s̃nīa. ¶Tertiò vr̃ tex. in ca. primates. 2. q. 1. vbi tex. loquens de s̃nīa lata ꝯ̃ reum non visis legitimis probationibus, dicit, irritam esse censemus. ¶Quartò adducitur tex. in cle. pastoralis. §. verùm quia. de re iudi. in verbo, iudicantis præcipitatione est processum. iuncto verbo, dici ne ergo meruit s̃nīa. Et ita tenet ibi Imo. per illum tex. ¶Quĩtò vr̃ tex. ĩ l. ex stipulatione. ad fi. C. de sent. & interlo. om. iud. ibi, si nihil causa cognita f̃m iuris rationem pronunciatum est, uox suadentis præsidis actionẽ tuam perimere, si quã habuisti, minimè potuit. Et per illum tex. dicit ibi Bal. ad fi. ꝙ interlocutoria lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla. ¶Sextò vr̃ tex. in c. ad audientiam. infrà de appel. ibi, sine causæ cognitione. & ibi, denuncies non tenere. ¶Septimò facit tex. in Auth. q̃uo opor. ep̃os. §. oportet. in verbo, pro nihilo. & ibi Ange. in j. nota. dicit hic non videri textum apertum, quòd iudex, qui non pronunciat non discussis exceptionibus, & ipsis non receptis, cùm debent recipi, punitur: & sententia lata per eum est nulla. ¶Octauò hanc partem tenet do. Anto. post Ioan. And. in repe. cap. vestra. de coha. cle. & mu. & Barto. in l. 2. in princip. ff. de iudi. & in l. quod si iussit. ad fi. ibi probo per rationem. ff. de re iud. & le. 2.

a Nulla. *Ad q̃d adde idem tenentem do. Soci. suo cõsil. 150. inci. Præstantissime doctor versi. primò, quia tale iuramentum. in 2. parte.*

quia ea reuocat princeps, vt ex tũc: secus in his, quæ sunt iuris diuini, vel gentium, p notata in simili in c. p venerabilẽ. super gl. 2. qui filij sint legi. Et istum casum facit ẽt tex. in d. clem. dudũ. §. nos etenim. Et illam gl. in dicta clem. j. tanquã valde sing. approbant ibi do. Car. Imo. & do. Abb. & Imo. post do. Car. in c. cæterùm. ȷ̃. de rescript. & dom. Car. in cle. j. ver. duro. in 2. oppo. de hære. & Petr. de Anc. cons. mihi 137. pro domina Paula. ad fi. & do. Abb. in d. c. per venerabilem. & in c. si aliquando. de sent. excom. & in c. quæ in ecclesiarum. in j. no. ȷ̃. eo. & Dom. post Io. And. in c. fi. de elect. in 6. & dom. Abb. in ca. non debet, in fi. de consan. & affi. & in c. pastoralis. §. verum. de appe. & Dom. in d. c. 1. de constit. in 6. inferentes, ꝙ excõmunicatus vigore legis antiquæ non indiget isto casu absolutione. Et illã gl. facit sing. Cal. in ti. de rescri. ꝯs. 12. incip. An si opponitur, dicens per ipsam, ꝙ impedimenta inducta à iure positiuo, nedũ possunt per Papã sola volũtate tolli, sed effectus eorũ in præteritũ iã põt ex suo rescripto haberi pro non facto. ¶ Sed istis adde do. Car. in c. ad petitionẽ. de accu. ubi limitauit d. gl vt non ꝓcedat respectu iuris quæsiti tertio vigore primæ cõstitutionis, vel cõmissionis: quia si Papa decernit eã haberi pro infecta, intelligitur, Saluo iure alteri quæsito, vt occurrit in contingentia facti, de qua ibi p eum, & sequitur ibi Io. de Ana. ¶ Sed ꝯ̃rium decidit do. Car. met, quem ipse non allegar, in c. quia diligentia. de elect. dicens, ꝙ si princeps restituit bannitos cũ clausula, Nõ obst. quacũque q. ꝑcedente. quam vult haberi pro non facta, recuperabunt bãniti ẽt bona alienata per fiscum & ab alijs empta. Et sequtur ibi Imo. ad fi. dicens tñ, ꝙ fortè emptores habebũt regressum aduersus fiscũ, vt ibi per eũ. Et pro hoc vltimo dicto dom. Car. qđ ẽt in præiudiciũ tertij irritet præterita, vide do. Abb. ꝯs. 84. inci. Illud in summa de iure quęritur. versi. non obst. ꝙ medio tpe. ¶ Nihilominùs ęqua & substentabilis est prima opin. & ad id, quod dicit do. Car. in d. c. quia diligentia. põt rñderi, vt iam est dictum, ſm Imo. per quam rñsionem cessat præiudicium tertij. Ad illud aũt, qđ dicit do. Abb. in d. cons. dici põt, ꝙ loqtur in iure existenti in spe, nõ aũt firmiter quæsito, & maximè ex cã onerosa. Et ad sic tenendũ seruient, quę dicẽtur in sequenti casu, & quæ dicta fuerũt plenè post alios in d. c. quæ in ecclesiarũ. ostendendo, ꝙ princeps nõ pręsumitur velle tollere ius quæsitũ tertio, nisi appareat cũ habita notitia de tali iure vti verbis & clausulis denotãtibus eum moueri ex plenitudine potestatis: imò ꝙ ẽt eũ cã non põt tollere ius tertij, nisi ei aliter satisfaciat, vt ibi dictum fuit in versi. modò aduertendum. Poteritis tñ cogitare de hoc quò ad primum casum restringentẽ hanc limitationẽ j. fallentiæ. ¶ Secũdus casus, in quo cõprehẽduntur decisa, facta mentione præteritorũ, est, qñ conditor legis nouæ expresè diceret, ꝙ trahi deberet ad præterita ẽt decisa: quia tunc trahetur, vt est gl. reputata sin. in d. l. causas. C. de transact. in gl. fi. quã intellige in cõstitutione hoc dictãte, secus in rescripto, per qđ non põt tolli ius tertij, ſm Bar. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. Sed tñ inter rescriptum & statutum difficilè redderet ĩ hoc differentia, & ideo vtroq; casu requiritur cã rationabilis absorbens ius alterius, & valebit, vt hic latè per dom. Abb. cui aliud non addo: quia pendet hoc totũ ab his, q̃ satis accumulatè dicta sunt in d. c. quæ in ecclesiarũ. vcʒ de potestate principis in tollendo ius tertij. Et ideo prosequere & declara multipliciter ex ibi dictis. Et in terminis pro isto casu vide Pe. de Anc. in d. c. canonum, versi. ex cã ẽt. vbi idẽ tenet, dicens ita fuisse seruatum in patrimonio diui Petri: nã cùm pp terrarũ calamitates annis 30. elapsis oportuisset homines illius patriæ vendere possessiones pro modico cã redimẽndi se à captiuitate, fuit facta lex, quòd restituto emptoribus precio oẽs contractus haberentur pro infectis. Et ad hoc adducit alia, de quibus per eũ. ¶ Limita secundò hãc j. fallẽtiã, vt nõ ꝓcedat in præteritis, in quibus licèt non sit lata sententia, est tñ cõclusum in cã: quia illa nõ extenditur, ẽt si dicat expresè de præteritis. Ita dixit do. Car. hic per tex. in Authen. vt cum de ap. cognos. in prin. Sed ꝯ̃rium tenet hìc Imo. dicens, ꝙ ille tex. requirit duo copulatiuè: vcʒ. conclusum eẽ ĩ cã, & relationẽ factã superiori. Vnde sola cõclusio non sufficit ſm eũ, dicentẽ, Cõp. hìc idẽ tenuisse. ¶ Considerabã, ꝙ pro opi. do. Car. primò multum facit vulgatum Io. Mo. in c. 2. de restit. in inte. in 6. vbi dixit, ꝙ paria sunt, esse iudicatum, & eẽ ꝯclusum in cã: & sequit Bal. in l. error. C. de iu. & fac. igno. & in l. incerti. C. de interdic. & bonus tex. in c. auditis. de procura. & in cap. pastoralis. de cã pos. & in ca. cùm dilectus. de fi. instr. cum ꝯcor. quas aliàs ibi reduxit enumerando circa 22. casus, in quibus tm̃ operatur cõclusio in cã, quantũ sententia. ¶ Secundò ꝯsidera, ꝙ ratio fallentiæ ꝓcedentis satis vr̃ militare in casu isto, vcʒ ne fiat præiudiciũ ei, cui per decisionẽ est quæsitũ ius, & lis sopita, d. l. causas. Si. n. partes renunciant ꝓductionibus iuriũ, & sic ꝯcludunt in cã, videntur quadãmodo pacisci & transigere, vt ita iudicetur prout ꝓbatũ est, & nolle alio iure vti: & sic ille, cui noceret lex noua, videretur reduci ad instaurationem rei, quasi virtualiter vltimatæ. ¶ Tertiò considera, ꝙ relatio iudicis non vr̃ aliquid operari quò ad effectum cognoscendi, an lis dicatur decisa, vel non: quia ita expectat adhuc sententia post ipsam, & non aliud, sicut sine ipsa. Et ideo qui vellet tenere opin. domi. Card. posset dicere, ꝙ in d. authen. copula resoluitur in disiunctiuam, ex quo ponitur iner ea quæ videntur importare idem quò ad propositum, argu. ca. monasteria. in fi. de vi. & ho. cle. & c. 1. de rescr. cum si. Nihilominùs in practica seruaretur, vt puto, opi. Imo. quam indubitãter crederem verã in illis casibus, in quibus post cõclusionem in causa potest adhuc fieri probatio: nã sicut ius partis, quæ vult reprobare, non est tunc in totum sigillatum, & cessant prædictæ considerationes, ita etiam nec erit ei pręclusa via utendi lege noua disponente de pręteritis. Qui autem sint illi casus, posui aliàs in d. c. cum dilectus, enumerando 14. ex dictis Docto. ibi, & alibi. Et super istis tanquam per Doct. non enucleatis cogita. ¶ Limita tertiò hanc primam fallentiã, vt non procedat in negocijs pendentib. per viam appellationis: qa licèt lex noua ꝯprehendat illa pręterita nominatim, tñ non comprehendit illa, in quibus iudicatum est, licèt pendeant coram iudice appellationis. Ita tex. in d. Auth. vt cũ de ap. cog. in prin. qa iudex appellationis succedit loco primi, & ideo tenetur iudicare ſm ius cõe, quod vigebat in prima instantia. Et ita no. oẽs * hic, & in locis in prin. allegatis, & glos. in c. licèt canon. in ver. decetero. de elec. in 6. & glo. fi. in l. sancimus. C. de sacrosan. ec. & Pau. de Cast. cons. 87. in cã Sfortij. ad fi. & Ang. in Authen. in medio litis sacras iussiones non fieri. §. super hoc. dicens illum tex. esse diligenter notandum, quod licèt lex expresè prouideat de causis pendentibus & futuris, non tamen habebit locũ in causis, quę pendẽt per viam appellationis, ita quòd sententia erat lata. Vbi autem lex expresè nominat pendentiam per appellationem, tunc res est clara, sicut fit in d. clc. 2. de iudic. in fi. & in alijs iuribus ibi allegatis in glo. fi. ¶ Intellige hanc limitationem in spectantibus ad decisionem & merita causę: quia in illis iudex appellationis debet seruare ea, quę debebat seruare iudex causę principalis, vt est dictũ, & no. & Inno. in rub. de consue. & gl. & Arch. & Do. in c. illud. 12. distin. ¶ Sed in his, quę concernũt ordinem procedendi, non procedit hęc limitatio; quia in illis debet sequi tribunal ipsius iudicis, & nõ iudicis causę principalis. Ita colligitur ex glo. in d. c. licèt canõ. & no. Imo. post Innocen. & dom. Abb. in d. rub. de cõsue. ver. quartò tractat. & est gl. in terminis in d. clem. 2. in glos. fi. in fi. de iudic. Nam in concernentibus ordinem iudicij semper attenditur locus, vbi causa agitur, l. 3. in fi. ff. de test. & no. in l. j. C. de eman. lib. & per dom. Ant. & dom. Abb. in c. quod clericis. de fo. compe. cũ si. Quinimo lex noua ẽt nihil dicens de pręteritis extenditur ad pręterita pendentia & inchoata quantum est respectu ordinatoriorũ iudicij, vt dicetur ȷ̃. in 4. fallentia, licet aliàs ad pendentia regulariter non extendatur, vt ibi dicetur. Et hęc ꝓcedũt, vbi lex emanat motu proprio principis. Si autẽ ad instantiam partis, secus, vt paulò post dicetur. ¶ Item

intellige

intellige hanc limitationem, vbi ɔstitutio est oĩno nova; sed si est declaratoria, trahitur ad causas pendentes per oppositionem, licet non ad decisas, vt hic expresse per Imo. post Vinc. De quibus fiet mẽtio ĩ. in 3. limit. 2. fallentię. ¶ Limita quartò hanc primã fallentiã, vt non ꝓcedat in negocijs pręteritis, quę pẽdent in prima instãtia, ſm Bar. in d. l. oẽs populi. per tex. cũ rubro, in Auth. in medio litis sacras iussio. nõ fieri. Sed istud nõ põt limitari, ſm do. Abb. hìc, qñ lex emanat ad instantiã partis lite pen. Secus, si motu proprio principis, & exprimat, ꝙ vult pręterita trahi, ſm eum; quem intelligo in l. concernente decisionem litis; si. n. concernit ordinaria iudicij, oĩno trahitur, etiãsi de pręteritjs nihil dicatur, vt. ĩ. dicetur in 4. fallentia; & ita puto sensisse dom. Abb. & cum ipso ɔcor. hìc Imo. pulchre, ver. sed aduerte, quia Cõpost. ¶ Cõsidera tñ ad id, quod scribit Bal. post Bar. in l. sancimus. C. de sacrosan. ecc. vbi dicit, ꝙ statutũ nõ trahit ad pendentia in decisorijs, etiãsi faciat mentionẽ de pendẽtibus per d. Auth. in medio litis &c. licet secus in l. cõi, per tex. in d. l. sancimus. Ex quo videretur restringi opin. dom. Abb. & Imo. hic; sed tñ ipse Imo. hic non admittit hanc differentiam inter l. & statutũ in ꝓposito; q̃a statutũ hẽt uim l. a in loco suo, l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. & statutum factum motu proprio trahitur, sicut ipsa lex, ſm eum: & fortè melius. Et pro istis facit gl. in l. qui autem. ff. si quis cau. per quã no. ibi Bal. quòd pars potest vti in medio litis priuilegio principis emanante motu proprio: & no. Bart. in l. j. circa med. ver. sed quid si esset lata. ff. de poe. & per Bart. & Bal. in l. 2. C. ut li. pen. ¶ Modò aduerte: quia non improbabiliter possetq̃s sustinere indistinctè hanc limitationẽ; ꝙ lex, vel statutũ faciens mentionẽ de præteritis nõ extendat ad pendentia in iudicio, sequendo Bar. in dicta. l. oẽs. Et dico in ɔcernentibus decisionẽ litis: nã de præparatorijs est clarũ, vt ĩ. in 4. fallentia. Et hoc ꝑ tex. in d. Auth. in medio litis. qui loquitur de omni ɔstitutione, ſm Bart. Non obst. quæ de motu ꝓprio dicta sunt: q̃a dupliciter respondert põt. Primò, ꝙ de nã legis, vel statuti non est, vt fiat ad partiũ postulationem, sed semper fiunt motu statuentiũ pro cõi vtilitate, c. erit aũt. 4. dist. Secundò r̃nderi põt, & melius, posito quòd fieret motu proprio, non tñ propter hoc sequitur, quò pars litigans debeat pati præiudicium ex l. noua, etiamsi dicat de præteritis, ex quo nihil dicit de his, quæ deducta sunt in iudicio. Et ad hoc adduco, quod no. Host. do. Anto. Imo. & domi. Abb. in c. causam. lo 2. de testa. vbi solenniter decidũt, ꝙ priuilegium ɔcessum pendente lite ẽt motu proprio superioris nõ nocet parti aduersæ, ut latè no. Ioan. An. in tit. de dolo, & ɔtu. §. fi. ver. porrò. in addi. de hoc interesse: q̃a princeps non vr̃ velle tertio præiudicare, etiamsi quid faciat motu proprio. Pro qua ratione est gl. in cle. si Romanus. in ver. validã. de præb. cum concor. multis, quas aliàs dedi in c. causam. Nec obst. tex. cum glo. in d. l. qui autem. per quem se mouet Bald. in d. l. j. de poe. quia ibi priuilegiũ cõcessum erat propter publicam vtilitatem, secundum Io. An. in addi. Et alijs modis etiam responde tur, vt ibi per eum. Nihilominus hanc impugnationem non ponerẽ oĩno pro cõstanti. primò; quia priuilegiũ est ad vtilitatem priuati, 3. dist. priuilegia. & magis restringitur c. porrò. de priuil. ca. ex multiplici. de deci. quia non dẽt nocere tertio, l. 2. §. meritò. ff. ne quid in lo. pub. Et ideo non rectè infertur de priuilegio ad l. cõmunem, vel municipalem, quæ pro omnium vti litate emanat, d. c. erit. Vnde si l. nominatim trahit ad se præterita, inclusit pendentia in iudicio, in q̃bus nõ vr̃ posse dari ratio, quare non debeãt ita includi, sicut alia præterita nõ deducta in iudicio, ex quo iudiciũ omnino pendet, idest, non est conclusum, vel iuratũ, dummodò talis l. non emanet ad partis postulationẽ, vt oẽs fatentur. ¶ Secundò pro opi. do. Abb. & Imo. hìc multum facit: quia in 2. & 3. limitatione huius primæ fallentiæ præsupponitur pro firmo, secundum omnes Doc. in eis alle. quòd si non est ɔclusum

a Vim legis. *Adde tex. in l. cunctos populos. C. de summa tri. & in l. cõstitutionibus. ff. ad municip. & in c. 1. eo. ti. lib. 6.*

4

in causa, vel si non est iudicatum, lex noua nominãs præterita trahitur ad causas pendentes. Modò si diceremus, ꝙ non trahatur ad pendentes, in quibus non est conclusum, vel iudicatũ, frustra poneret aliquid speciale in his casibus, sed solùm generaliter deberet dici, ꝙ ad pẽdẽtia non trahitur: quia includerentur etiã illæ duæ limitationes. Hoc aũt esset ɔ̃ expressam intentionem oĩum Doc. Et iõ transire possumus cũ opi. do. Abb. & Imo. Non tñ sine aliquali scrupulo, per prædicta, ad quæ ipsi non aduertunt. De alijs aũt extraiudicialiter pendentibus dictũ est aliq̃d in tertia ampliatione, & latiùs dicet̃ infrà ĩ 5. fallentia. ¶ Limita quintò hãc primã fallentiã, nisi præterita essent diuturnitate temporis cõprobata, quia l. noua annullãdo præterita non porrigitur ad talia. Ita decidit Ang. ɔsi. 53. inci. in q. proposita. Alleg. tex. in l. qua in ꝓuincia. §. diuus Marcus. ibi, mouemur tẽporis diuturnitate. ff. de ritu nupt. & in §. alienationes. in Auth. de non alie. dũ dicit, tanta documenta longo tẽpore facta cõmouere multæ esset tergiuersationis. & in §. hæc igitur omnia, in Auth. de armis. dum dicit, antiquiora perscrutari & superiora tempora ascendere, magis esset ɔfundere, q̃ l. facere. Et huic dicto dicit Ang. consonare regulã iuris, ꝙ in nouis ɔstituẽdis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo, quod diu æquum visum est, l. 2. ff. de cõsti. prin. ¶ Et ista limitatio est æquitati ɔsona, pro qua adduci posset. Nã sicut lex, quæ de sui nã ɔcernit futura, nõ rumpit ea, q̃ postea vniuersali ɔsuetudine introducunt̃ l. nõ recepta, vt in c. deniq;. §. hæc & si legibus. 4. dist. & gl. in c. j. de treu. & pa. cũ concor. ita in simili l. loquẽs de pręteritis, nõ videatur includere pręterita diu obseruata. ¶ Sed in practica haberem pro difficili sustinere hanc limitationem tribus rationibus. Primò: quia iura allegata ꝑ Ang. nõ vrgent, & in eis fit specialis mentio solùm de futuris, saluis pręteritis. ¶ Secdò: quia ratio c. 2. suprà eod. vc3 ne res, quę culpa caret &c. est generalis ad oĩa pręterita, demonstrans æquũ esse, vt nõ immutent̃: & tñ tex. hìc vult, ꝙ facta mentione præteritorũ illa veniant: sentiens nõ obstare tunc illã rõnẽ. ¶ Tertiò: quia si præterita non sunt decisa, non vr̃ agi de eorum præiudicio: si autẽ per diuturnam consuetudinem sunt approbata, & effectui mancipata, illa non rescindẽtur, tanquam decisa, vt in prima limitatione huius fallentiæ: & ideo pro sustentatione Ang. cui non reperio contestẽ, neque ɔ̃dictorem, poteris cogitare: & pro ipso facit aliquid secunda limitatio sequentis fallentiæ, sed non vrgenter: q̃a ibi non fit mentio de præteritis, ꝑut hìc. ¶ Limita sexto hãc primã fallentiam, nisi irritare præterita induceret iniquitatẽ, quæ euitari non posset, & per quam æquitas seruari non possit, nec reg. iu. subijci; nam tunc lex noua esset in iusta, & iniqua, si ad talia præterita porrigeretur. Ita dixit An. in loco s̃. proximè allegato Alleg. tex. in Auth. hæc ɔstitutiõ interpretatur &c. §. j. & in Auth. de trien. & semis. §. sancimus. & alia, de quibus per eum. Et hæc limitatio est sustentabilis & æquissima, vbi ista occurrerent. Sed, vt dictũ est in præcedenti limitatione, ista iniq̃tas non vr̃ posse aliter surgere, q̃ ex decisione iam facta in pręteritis; quo casu iam dictum est, legem nouam nõ trahi ad decisa. Vbi aũt penderent, videretur standum huic tex. uolenti indistinctè legem posse pręterita nominare. Et ad hanc considerationem vide oĩno Dom. post oẽs, maximè Iac. de sancto Geor. in c. deliberatione. §. uolentes. de offi. leg. in 6. dum declarant, ꝙ illa constitutio comprehendens pręterita, non comprehendit futura, ex quorum irritatione resultaret rigorositas magna. Et hęc oĩa quò ad primã fallentiam regulę huius decreta. quibus adde, quòd statutũ trahens ad se pręterita debet restringi tanquã exorbitans à iure communi, per id, q̃d eleganter dixit Bart. in l. prętor. 2. §. erit itaque. ver si secundo casu. ff. vi bo. rap. dũ dicit, ꝙ si aliquo statuto cauetur, quòd habeat locum etiam in pręteritis, & cum hoc exorbitet à iure communi, per istum textum cum ɔcor. non intelligitur repetitum in statutis sequentibus: licèt aliàs secus, vt ibi per eum: quod no. ¶ Fallit † secdò regula huius decr. in cõstitutione declaratoria iuris anti

qui,

qui, vt trahatur ad præterita, ſecundùm omnes hìc, & in locis primò allegatis, per tex. in Auth. de filiis añ dotalia inſtrumenta natis. §. j. & not. gloſ. fi. in prin. in data 6. lib. quia declarando nihil de nouo inducit, l. hæredes palàm. ff. de teſta. & potiùs ligat conſtitutio antiqua, quàm noua declaratoria, ſecundùm dom. Abb. hic. Et ideo dicit Bal. in l. non dubiū. C. de legibus, ꝙ in plus ſe habet declaratio, ꝗ̃ conſtitutio: quia declaratio reſpicit præterita, ſed conſtitutio futura tãtùm. Et hãc fallentiã ponit etiam Fed. conſ. 112. inci. Amice chariſſime. & Do. poſt Imo. in d. c. deliberatione. & dom. Abb. poſt alios in c. fi. de præſcr. dicens, ꝙ conſtitutio declaratoria iuris diuini comprehendit præterita. Et cum iſtis concor. do. Car. Io. de Ana. in c. cùm Chriſtus. de hære. & facit c. cùm in cunctis. §. hoc ſanè. & ibi gl. de ele. & tex. in c. ex antiquis. 54. diſt. Per quē dicit hic Vincen. quòd ſtatuta & iura diſponentia de libertate eccleſiaſtica reſpiciūt præterita: quia nunquam licuit laico de his ſe intromittere, ca. benè quidem. 96. diſt. & ſequitur hìc Ioan. An. & Domi. in c. ex antiquis. & retuli pro notabili in c. eccleſia, ad fi. ſ. eodē. Et de hac fallentia eſt tex. quē reputo meliorē de iure in Authen. de rap. mul. quæ rap. nu. in fi. ibi, tanquã ſi lex noſtra ab initio eū tali interpretatione promulgata fuiſſet. Et amplia hãc fallentiã, ēt ſi lex declaratoria ꝯtereṫ verbo apto ad condendam legē nouã, vt eſt glo. no. in cle. j. in verbo, cenſemus. de conceſ. præb. ¶ Hanc fallentiã limita quatuor modis. Primò, niſi † ĩ l. declaratoria eſſent

5 appoſita verba, per quæ appareret mentem authoris nō fuiſſe comprehendere præterita. Exēplū patet in c. fi. de ſpon. duo. & in c. j. de poſtu. præl. in 6. in quib. eſt verbum, Decætero. a Facit ēt, qđ habetur in c. aqua, de cõſecra. eccleſ. vel alt. & in ca. vnico, ad fi. de cle. non reſiden. in 6. & in cle. j. in verbo, de cætero. de vſu. cū ſimi. ſm do. Anto. & Imo. hic dicentem, hanc limitationem eſſe ſatis clarã. Idem tenet Do. in d. ca. ex antiquis. per tex. in c. ſuſpectos. 3. q. 5. in verbo, temporibus futuris excludimus. & ibi ēt hoc no. Do. ¶ Secun-

a De cætero. *De hoc uerbo, De cætero, uide do. Car. in cle. in pleriſq;. 15. q. de elect. & in cle. 1. 17. q. eod. tit.*

6 dò limita hãc fallentiã, niſi † ꝯſtitutio antiqui iuris declaratoria reperiret cõem obſeruantiã ĩ ꝯ̃rium: quia tūc quò ad illa, & in his quæ iam perfecta ſunt, vr̃ noui iuris editoria: & ideo non trahitur ad præterita, vt no. gl. in c. 1. in verbo, decætero. de poſtula. prel. in 6. per quam ita tenent do. Ant. & Do. hic, & do. Ant. in c. fi. de ſponſa duor. & Io. de Ana. poſt do. Ant. in c. cum tu. de vſu. & Do. in d. c. 1. dicens ex illa glo. colligi vnam limitationem ad no. hic: & dicit eſſe ſimilem in c. vnico, in verbo, receperint. de cleric. non reſi. in 6. & ibi hoc ēt repetit Dom. ponderando illam gl. Facit, qđ no. Ang. in dicto conſ. 53. relato ſ̃. in 5. limitatione precedentis fallentię cū iuribus hic allegatis: & qđ no. Imola in cle. ſtatutū. ver. videte. de elec. & in cle. j. ver. clarius poteſtis dicere. de elec. poſt Bertrãd. ibi. ¶ Sed quia Imo. & D. Abb. hic, licèt diuerſis viis, aduerſantur aliqualiter huic dicto do. Ant. iō pro concordia ex dictis ſuis & aliorū alibi diſtinguere oportet duos caſus. Primus caſus eſt, qñ ꝯſuetudo præterita eſt dubia, quia ius ꝯ̃rium erat multipliciter intelligibile: & tunc procedat hęc limitatio, ſm do. Abb. hic: quia ille probabilis error ſuſtētabit geſta in pręteritum. Et ita intelligit gl. in d. c. 1. quæ paulò poſt confirmabitur. ¶ Et ſi diceret, vt dicit hic Imo. ꝙ licèt iſta ſit iuſta cauſa dandi ſolùm legem futuris, tñ ſi l. ſimpliciter loquitur declarando, cōprehendit etiam hoc caſu præterita, per d. c. 1. ver. decætero. à contrario ſenſu: & hoc motiuum tetigit Abb. in c. fi. poſt princip. verſi. in contrarium poſſet adduci. de ſpon. duo. Reſpōderi pōt, ꝙ illud verbum ſit poſitum ad maiorem expreſſionem, & pro hoc non colligitur argumentum à ꝯ̃rio ſenſu; quia reſultaret abſurdum propter alia iura, videlicet ꝑ legem, Barbarius. ff. de officio præt. cum materia: & quia inijceretur laqueus ei, qui non peccauit, ꝯ̃ l. iubemus. C. de teſta. ibi, quid enim peccauit antiquitas & ꝯ̃ iura allegata in d. 5. limita. præcedentis fallentiæ, & per gloſ. in d. verbo, decætero. Et non eſt mirū, ꝙ lex aliquando exprimat verba, quæ aliàs ſubintelligebantur: quia, vt dicit Ioan. And. ad multa in c. nimis. lo. 1. de exceſ. præla. ſæpe bis idem ponitur ad euitandam malitioſam & ſophiſticam interpretationē. Vnde dicit dom. Car. in cle. 1. in princ. de pœnis. quia licèt tex. ibi dicat, ꝙ lineam maſculinam non ſequitur, ꝙ ſi hoc non fuiſſet dictum, veniſſet linea fœminea, quia iam erat ſancitum in c. vbicūque. de pœn. in 6. Sicut ēt dicit do. Abb. in c. venerabili. de offic. de le. ꝙ iſtud, quod ſubintelligitur, ſæpe ponitur ad maiorem expreſſionem. Et ideo dicit Pau. de Caſt. conſilio 99. ꝙ gl. iuris ciuilis appellant hanc inculcationem verborum. Et dicit do. Card. in cle. 1. in princip 9. no. de priuile. ꝙ ſæpe vtimur locutionibus impropriis cauſa maioris expreſſionis, vt ēt concor. ſunt ibi in gl. in verbo, vtamur. Quinimò in ꝓpoſito dicit do. Car. in d. cle. 1. de elec. in 17. q. ꝙ etiamſi non eſſet verbū, Decætero, illa conſtitutio non traheretur ad præterita. Eſt verum, ꝙ glo. in cle. ſi vna. in ver. decernimus. de reb. eccleſ. non alie. ſenſit, ꝙ declarata irrationabilitate primę opi. videantur ſublata ēt præterita, pro quibus vigebat conſuetudo. Et ideo Doc. hic clarius, quàm do. Ant. limitat hunc primum caſum, niſi l. noua declaret irrationabilitatem præteritę conſuetudinis. Sed dicas, vt ſubtiliter dicunt Pau. de Leaza. & Zenze. in d. cle. ſi vna. quos latè ſequitur ibi D. Car. & ēt Imo. ꝙ Papa ibi damnat effectum conſuetudinis, & ipſam conſuetudinem de nouo inducendam: ſed prius facta caſſari non debent, qa ꝓ pręterita conſuetudine erat probabile dubium, ꝑ opi. Doc. quas in illa materia ipſi remouerant: ex quibus rationabiliter excuſantur prius geſta. Et ideo ex illis dictis Doc. remanet ille caſus confirmatus: imò ampliatus, ētſi lex declaret veterem ꝯſuetudinem non fuiſſe rationabilem: quicqd dicat Do. Et ad hoc ēt benè faciūt, quę ſcribit do. Car. in cle. j. in prin. in 26. q. de re. ecc. non alie. & do. Abb. in c. capellanus. de ferijs. & optimè facit, qđ ſtatim dicetur in 3. limitatione huius fallentiæ. Dicas tñ ꝙ nō teneret actus geſtus ante l. declaratoriam vigore opinionis vnius Doctoris, pro qua non eſſet conſuetudo in illo loco, ſm Imo. poſt do. Ant. in d. cle. ſtatutū. verſ. do. Ant. putat. de elec. Et ideo dicit ibi do. Car. in 2. q. ꝙ de acquiſitis ex tali opi. tenetur quis ad reſtitutionem, licèt aliam pęnã nō incurrat, vt in quarta limitatione huius fallentiæ. Et ſm iſta poteſt intelligi dictum Dom. in ca. perpetuò. verſ. no. iſtud dictū. de cenſi. in 6. vbi colligitur ex dicto Ioa. An. ꝙ ſi Papa per viã declarationis approbat vnam de opi. ꝯ̃riis, illa declaratio trahitur ad præterita. ¶ Secundus caſus eſt, qñ conſuetudo præterita non reputabitur rationabilis à viris doctis; & tunc iſta limitatio non ꝓcedit. Sed imò conſtitutio declarans trahetur ad præterita: & non ſuſtentabitur virtute talis conſuetudinis, ſm D. Abb. hìc, pro quo vide tex. opti. in c. inter dilectos. in ver. excuſatio. de exceſſi. præl. & tex. in c. aqua. de cōſec. eccl. vel alta. Per quē colligit do. Abb. ibi, ꝙ geſta virtute talis ꝯſuetudinis ſunt nulla, niſi de miſericordia tolerentur, prout fit ibi, & in c. 4. in ver. decætero. & in c. cùm venerabilis. in ver. corruptela. & in verbo, de cætero. de conſuetu. & in c. fi. in verbo, decætero. de ſponſa duo. & in c. 1. in ver. corruptelã. & in uerbo, decætero. de conſue. in 6. & in cle. 1. in uerbo, decætero. de elec. ubi iura in tali caſu utunť miniſterio uerbi excludentis pteritum tp̃s; & tunc res eſt clara, ut no. hic Domi. ſic reſtringens iſtum caſum. Et ita reducas, quod ſcribit Do. poſt Ioan. An. in c. Abbates. uerſic. quæro, an abbates. de priuile. in 6. & in c. unico, uer. Ioan Mo. ſoluit. de biga. in 6. & in d. ca. ex antiquis. uerſi. & hęc limitatio. Et ibi ponit modos cognoſcendi uerba, quæ excludūt pręterita tempora, putà uerbum, Decernimus, Statuimus, uel Per hãc noſtram conſtitutionem. Alleg. glo. in d. ca. 1. de cleri. non reſid. in 6. Et idē in uerbo, Decætero, Deinceps b, In poſterum c, & ſimilibus: quibus appoſitis lex nullo caſu trahitur ad præterita, ſecundùm eū: & hæc quò ad ſecundam limitationē ad hanc fallentiam ſecundã. ¶ Tertiò li-

b Deinceps. *De hoc uerbo, Deinceps, uide gloſ. in clem. eos. de regu.*

c In poſterum. *De hoc*

de hoc verbo, In posterũ, vide glos. & Card. in cle. 1. 17.q. de censib.

7 mita hanc secundam fallentiã, nisi† secundum opi. Doc. p̃cedentem lata fuisset aliqua sentẽtia; quia licet ꝯstitutio noua declaret errorẽ illius opinionis, tñ sententia non reuocabitur, ſm Vincen. hic latè, quẽ sequuntur Io. An. do. Ant. & Imo. hic & Dom. in d.c. ex antiquis. Mouenť per l. Barbarius. ff. de offi. præto, & per no. per Inno. in c. nihil. de elect. & quia iudex debet iudicare ſm ll. scriptas & nõ scriptas, in Auth. de leno. §. oẽs. & ideo satis uideť, ꝙ iudex iudicet ſm intellectum, qui tunc seruabatur. Facit, quod no. Dom. ĩ c. humanum genus. j. dist. ubi dicit, ꝙ non imputať ei, qui tenuit opi. ꝓbabilem, licèt superuenerit lex illã declarãs & reprobans. Facit, quod no. Inn. in ca. per tuas: lo 2. de sim. cum concor. ¶ Excipiuntur ab ista limitatione tres casus. Primus est, quando à sententia esset apellatũ; qa si pendente appellatione superueniat lex declaratoria, illa sequenda est secundum Vincen. & prædictos hìc, ꝑ c. cùm causa. de re iud. ubi iudex appellationis reuocat primam sententiã, q̃ erat fundata in ꝯsuetudine. Et hoc dictũ reputat hic Imo. multùm notabile ad limitationẽ eorum, q̃ s̃. dixi in 3. limitatione primæ fallentiæ, in qua habitum fuit, ꝙ lex noua nominans pręterita, non trahitur ad pendentia ꝑ uiam appellationis. Et ratio specialitatis est hic: quia cùm per declarationem appareat ueritas, illam dẽt iudex imitari, c. ueritate. 8. dis. Sed in aliis casibus debet sequi iura, quæ uigebant tempore primæ sententiæ, per iura alle. in d. limitatione. ¶ Secundus est in sacramentalibus, in quibus sententia lata uigore opi. ueteris nouiter reprobatæ est reuocanda. Ita concorditer * dicunt oẽs * prædicti propter periculum animarum, & alle. ca. ueniens. de presby. non bapti. & sequitur Dom. in d.c. ex multis. ¶ Tertius casus est in sententia lata ꝓ matrimonio, quæ mero iure est inualida docto de eius errore. Ita dicit solus Imo. hic, & ꝯ oẽs prædictos, per l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. ubi cùm apparuerit mr̃imonium nõ posse subsistere, debẽt cõiuges separari. Fatetur tñ, ꝙ est iusta causa dispensandi per Papam, per tex. in l. qua in prouincia. §. diuus Marcus. ff. de ritu nup. ubi fuit dispensatum ex tali causa. Et sic facit ille tex. ſm eum, ꝙ matrimonium non tenebat detecto errore. Nec obst. c. fi. de spon. duo. Imò potius facit pro, quia sanè intelligẽdo ibi interuenit tacita dispẽsatio Papæ, ex quo est usus uerbo Decętero, ſm Imo. hic. ¶ Ista sua opi. vt dixi, est contra omnes prædictos uolentes, ꝙ imò sententia super matrimonio lata non reuocetur ex l. noua declaratoria. Et pro nũc cogitabam, an distingui posset hoc modo, ꝙ aut opinio, ĩ qua fundauit se sententia, erat probabiliter Doctorum & approbata per consuetudinem, & tũc procedat opinio cõis, per ea, quæ dixi in secunda limitatione huius secũdæ fallentiæ, & facit c. obijciuntur Iacob. 32. q. 4. & ibi, qñ mox erat crimen, non erat maximè: quia dolus tantum inficit coitũ, c. in lectũ. 24. q. 2. Aut erat opi. non approbata à consuetudine, & manifeste erronea, & tunc procedat opin. Imo. quia ita erat iu iuribus per eum allegatis, ubi fit mẽtio de cõiũctis incestuosè in figura matrimonij. ¶ Quar-
8 tò limita hãc secũdã fallẽtiã, nisi† lex declaratoria imponat pęnam de nouo: qa respectu pęnæ non traheť ad præterita, ſm do. Ant. do. Abb. Imo. & Dom hic Allegant, qđ notat Pau. in proœ. Cle. in verbo, decætero. & tex. cũ gl. in cle. 1. in ver. đ cętero. de vsur. qua gl. no. ibi do. Abb. & eã facit sing. do. Car. ibi, in prin. & no. ẽt Imo. ibi. allegans pro ipso c. dixit Sara. 32. q. 4. vbi dicitur, ꝙ pœna criminis ex tempore legis est; & idem no. do. Abb in c. fi. de spon. duo. & Dom. in c. vnico, de cle. non resi. in 6. ponderans gl. ibi in verbo, receperit. ibi, itẽ nec pęna. Idẽ no. do. Car. in cle. statutũ. in 2. q. de ele. & Dom. in c. quoniã. 47. dis. ponderãs illũ tex. in verbo, post hãc diffinitionem & Io. de Ana. in c. 1. ne p̃la. vices suas. ꝑ illũ tex. in verbo decætero, & in c. cum Christus. post dom. Car. ibi, de hæret. & do. Ant. & Dom. & Ana. in c. significasti. de fo. compe. & Dom. in c. j. in princ. qđ me. cau. in 6. & dom. Abb. in c. qm̃. de fer. dicẽ tes, hoc optime probari ibi in ver. de his aũt, inducendo, vt per eos. Facit gl. in verbo, ex nũc. in cle. nolentes. in fi. de hære. Bene facit, quod no. Dom. in §. leges. iiij. dis. vbi dicit, ꝙ ꝯstitutio cõtinens aliquid, qđ est iuris diuini: si vltrà disponit, regulatur in eo vt lex positiua. Ita ponderat c. 2. de const. in 6. Ita ẽt in proposito, cõstitutio declaratoria addens aliquid iudicatur, vt ius nouum in eo, quod addit. Benè facit, quod no. Ioan. And. in c. dispendia. de rescri. in 6. vbi dixit, ꝙ constitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquã extendiť respectu pœnæ: & sequitur multùm Dom. ibi, & Ioan. An. in ca. fi. de rescri. & dom. Abb. in proœ. Decretal. §. Gregorius. & dom. Ant. in c. fi. de consue. & idẽ no. Io. And. in c. si fortè. de ele. in. 6. & sequitur ibi Do. Facit singulariter dictum Io. And. in c. tibi, qui. de rescr. in 6. & ibi per Dom. ad fi. vbi dixit, ꝙ licèt decretum Papæ afficiat ignorantes, ca. 1. de conces. præben. in 6. non tñ respectu pœnæ. Facit, quod notat do. Abbas in c. primo, de loc. vbi dicit, ꝙ in correlatiuis nõ fit extensio respectu pęnę, licet aliàs sic, vt ibi per eũ, de quo tamẽ vltimo aliter sensit in dicto proœmio. Benè facit, quod latè scribit Dom. post Io. And. in c. 2. de constit. in 6. vbi concludit, ꝙ statutum prohibens factum damnatum à iure, non ligat probabiliter ignorantem respectu pœnæ, licèt oĩno faciat actum ꝓhibitũ, de quo fuit dictũ in c. 2. s̃. eo. Ad idem, qđ no. do. Abb. post Io. And. in c. significasti. de foro comp. vbi dicit, ꝙ ꝯstitutio positiua fundata ĩ iure diuino ligat Papã: sed non respectu pęnæ. ¶ Nõ obst. huic limitationi tex. in c. cum tu. de vsur. ibi, siue ante, siue post. & ibi, per pęnam, quam statuimus. qa ibi statutum ꝯcernebat ordinatoria iudicij, quo casu nõ hẽt locum regula huius tex. vt dicetur in 4. fallentia. Non enim deciditur ibi, quasi ter debeat decidi causa vsurarum, sed qualiter vsurarius debeat compelli ad restitutionem vsurarum, & iõ illa constitutio meritò includit futuram restitutionem, ſm do. Abb. hic: & fuit de mente Inn. ibi, vt latè ibi per Ana. Et iõ dicit Dom. hic, & in d.c. ex antiquis. ꝙ ibi pęna imponitur non restituenti vsuras, quod erat de futuro, & sic non dabat formam præteritis, sed futuris quò ad pęnam, & idem sensit Bald. in rub. C. de vsur. Et ex ista responsione infero ad id, qđ signanter no. do. Car. in cle. statutum. in 2. q. de elect. vbi dicit, ꝙ emolumenta recepta ante illam cle. subiacent restitutioni; quia illi non fecerant ea sua, licèt quò ad incurrendum pęnã illius cle. sint excusati, & sic expresse sentit, ꝙ qui male aliquid percipit ante l. declaratoriam, tenetur restituere, & sic ad actum de futuro. Bene facit vltra oẽs tex. optimus in c. cùm singula. in verbo, circa eos. ibi, alioquin. de p̃ben. in 6. vbi iniungiť illis beneficiatis in p̃teritum, vt dimittant beneficia eo modo, quo ibi sub pœna nouiter introducta; quia actus dimittendi est de futuro, meritò includitur sub l. & faciunt, quę ĩ. dicentur in 5. fallentia ¶ Excipit hic solus Imo. vnũ casum ab hac limitatione, videlicet, vt intelligať in pęna, q̃ imponitur ipso iure: sed si veniret imponẽda ꝑ iudicem, vr̃, ꝙ possit illã imponere pro facto p̃terito ante ꝯstitutionem, si non erat punitũ. Et ita dicit se intelligere c. cùm tu. de vsur. & moueť ꝑ id, qđ ipse dixit post Io. de Lig. in c. 2. s̃. eo. vbi dixit, ꝙ statutum puniens nouiter factum damnatũ à iure, ligat ꝓbabiliter ignorãtem respectu pęnæ, qñ pęna non imponitur ipso iure, sed venit imponenda per iudicem, qui vr̃ eam iuste imponere attentanti factum damnatum. ¶ Sed hoc dictum reprobat Io. de Ana. in c. quoniam. de simo. dicens, quòd ẽ ꝯ illum tex. vbi pęna imponenda per iudicem non imponitur de his quæ litem pręcesserant. Pro hac impugnatione facit, quod indistincte cõclusum fuit in d. c. 2. s̃. eo. tenendo contra Io. de Lig. quòd omnino pœna l. nouæ super facto damnato non extendatur ad ignorantes. Et istud consonat per rationes ibi adductas, quæ seruiunt in proposito, & ea, quæ late dixi s̃. corroborando hãc quartam limitationem. ¶ Fallit tertiò regula huius decr. vbi
9 † lex noua annullat actum ex causa de præterito, secũdũ Bart. in d. l. omnes populi. per l. pe. in fi. C. de incest. nup. & sequunť do. An. & Imo. hic. Sed hoc limitat do. Abb. hic, dummodò causa nullitatis sit de præterito, ita ꝙ in

ferebat

ferebat nullitatem ipso iure:secus autē, si actus tenebat
sed in odium inducit de nouo cassatio;quia tunc non de
bet trahi ad præterita, attento ꝙ annullatio actus super
iure quæsito est pęna,vt ipse no.in c.2.s̄.eo. cum concor.
ibi allegatis. Et respectu pęnæ constitutio nunquā trahi-
tur ad præterita, vt proxime dictum est. ¶ Fallit quarto
10 vbi † lex noua concernit modū ordinandi,seu præparā-
di causas;quia includit ēt pendentes, secundū glo.in d.c.
licet canon.in verbo,decætero.& gl.fi. in cle.2.de iudi.&
ibi Imo.& Bart.& Bald.in l.ij.in fi.alleg.in l.fi.C.de iura.
ca.per illum tex.& Bar.in d.l.oēs populi.& Bald.in ti.de
pa. Constan.§.hoc,quod nos.vers. tertiò no.ꝙ iudex. &
* do.Ant.Imo.& dom.Abb.hic,& est cōis * opin.secundū
Imo.hic. Et ideo statutū disponens,ꝙ debitor,de quo cō
stat per instrum guarentigiatum, debeat capi, extēditur
ad debitorem , & instrum confectum ante statutum ; qa
non dat modum decidendi causam, sed properandi,s̄m
Bar.in d.l.oēs.& dom.Abb.hic. Pro quib. vide Bald.in c.
fi.in fi.j̄.vt lite pen.Et ibi dixit, ꝙ statutū de causis com-
promittendis habet locum ēt in litib. pendentibus: quia
istud respicit magis ordinem procedendi . i. coram quo
& qualiter procedatur,quàm decisionem causæ.Et vide
Bal.in d.l.leges.C.de ll. vbi dicit, ꝙ si vnū officium hēt
duos iudices,& adiungantur eis tres, videbuntur adiun-
cti etiam in litibus pendentib.coram primis : qa statutū
respicit formā ꝓcessus.Nec obst.Auth. ī medio litis,&c.
quia loquitur in l.emanante ad deci.causæ, & ita dicit se
consulisse Florentiæ de iudicib.fallitorum.Et hanc fallē
tiam ponit etiam Bal. facta mentione de hoc consilio
in l. sancimus.in fi. C. de sacrosan. eccl. & idem consu-
luit in illo casu collegium Perusinum per multas rōnes
& est in consilijs Ang.consi.211. incip. primum est vidē
dum,vtrum dicti iudices.¶ Hanc fallentiam limita , vt
non procedat in ꝓcessu iā facto, sed solùm in ꝓcessu, q
restat,s̄m Ang.in d.consi.per d.l.fi.C. de iura. cal. ibi, in
primo post hanc l.ingressu,& idem gl.ī d. c. licèt canon.
* quā sequr cōis * opi.s̄m Imo.hic,& sequitur D.Abb.in
c.venerabili.de iudi. Et potest esse ratio;quia istud esset li
gare præterita perfecta , quod non est de intentione l. vt
est dictum in 3.ampliatione,& non est mirum , ꝙ causæ
inchoatæ ex factis præteritis ligentur l.noua: quia,secun
dum Imo.hic,processus fiendus est, qui futurum meritò
comprehendit,iuxta gl.in cle.2.de æta.& qua.& in cle.1.
de testa.de quibus fiet mentio in sequenti fallentia.¶ Di
sputatiuè tamen teneri posset,ꝙ ista 4. fallentia nunquā
procederet, s̄m Imo. hic, & primò in causa appellatio-
12 nis,per tex.in Auth.vt cùm de ap.cog.in prin.vbi aperte
dicitur,s̄m eum,quòd talis causa nedum debet determi
nari secundùm l.antiquam , sed examinari secundò ge-
neraliter etiam in causa principali . Videtur idem ꝑ istū
tex. cum suis concor. nisi lex noua loquens de ordinato
rijs expresè nominet lites pendentes , prout fit in d.l.ij.
C.de iu.ca.cum simil. Tamen communis opi.est illa, de
qua suprà secundum eum ita in suspenso remanentem .
¶ Sed aduerte primò:quia tex.ī d. Auth.vt cùm de app.
cog.non dicit aliquid de examinatione, licèt loquatur
de examinatoribus in iudicibus : & dicit, ꝙ debeant da
re terminum negocio s̄m veteres ll. quæ verba non im-
portant examinationem,sed vltimationem,q̄ fit ꝑ sen-
tentiam, vt dese patet. & sic loquitur de decis. Secundò
aduerte:quia mirū est,ꝙ Imo.nō attribuat hanc suā im-
pugnationem Iacob.de Bel. q latè ita tenuit in d. Auth.
vt cùm de appel. volens ꝙ constitutio disponens super
ordinatione iudicij, non trahatur ad pendentia:& indu-
cit multa iura,in qbus fit mentio de causis pendentibus
per q̄ apparet à ꝯrio , ꝙ aliàs non comprehendebantur.
Et eius dicta refert Ioan.An. in d. ca. licèt canon. dicens
ꝑꝑ hoc non esse recedendum à glo. ibi: & ꝙ illa iura ex-
primunt pendentia:quia iustum & æquum est sic fieri:&
ꝑ istud non est dare l.præteritis,imò actis futuris,s̄m eū.
Sed opi. Iac. de Bel.& Imo. hìc saluari possent in actib.
processus futuri, q veniūt per viam executionis ad actus
ꝑteritos:qa lex disponit super isto actu,& non super exe-
cutione,& non trahet ad executionem,ꝑ tex.hìc,& in c.
statuimus. de maio. & obe. s̄m Do.in d.ca. licèt canon.
Quando aūt actus est partim de præterito, partim de fu-
turo,dicendū est, vt generaliter dicet in sequenti fallen-
tia. Et ad rōem Imo.fundatā in isto tex.iā responsum est,
ꝙ istud est potius ligare futura , quàm præterita : & licèt
iura super istis vtantur verbis præteriti temporis, ꝑ hoc
non debet argui à ꝯrio : secus esset, si non vterentur , vt
no.glo.fi.in fi.in d.cle.2.de iud. pro qua facit, quod dixi
s̄.in secunda limitatione secundæ fallentiæ, ver.& non
est mirum. Item qa resultaret absurditas ad istū tex.vo-
lentem ꝙ lex ꝯcernat futura, & ipse ꝓcessus est respectu
actuum futurorum,licèt causa pendeat:vbi aūt est iudi-
catum vel facta relatio,secus est,per prædicta. Et istis ad-
de,qđ no.Bar.in l.j.ff.de penis.vbi dixit,ꝙ ad decisionem
causarum præteritarum licitè allegatur l.hodie abroga-
ta,q̄ tunc vigebat.¶ Fallit quintò regula huius decr.qñ
11 † factum de ꝑterito expectat perfectionem suam,& cō-
plementum à facto futuro: qa lex noua ipsum compre-
hendit,vt est glo.& ibi do. Abb.in cle.2. in verbo , in po-
sterum.de æta.& quali.Ex qua etiā hoc colligit ibi Imo.
post do. Ant.dicens,ꝙ vbi ꝯstitutio certam formā actui
licet actus ille fiendus ī futurum habeat ortum ex causa
de præterito , tñ subijcitur constitutioni nouæ.Et simili-
ter dicit ibi do.Car.illam gl.esse sing.& signādam , ꝙ qñ
constitutio concernit aliquid ꝓductiuū pluriū effectuū,
concernit ꝑterita respectu effectuum futurorum.Illā gl.
no.ēt Do.in d.c.licet canō.quam uide.Bene facit gl.Gul.
de monte Lauduno in extrauag.Io.XXII. suscepti. super
verbo, vacantium.Ad idem,qđ notat Bal.in l. si ita scri-
ptum.§.fi.ff.de leg.ij.vbi dicit, ꝙ si statutū dat ꝑmium ca
pienti bannitum,& ꝑsentanti eum potestati, cōprehen-
dit eum,q cepit ante statutum,& ꝑsentauit post . Simile
est,quod no.Bal.in l.illa.post medium. C. de dona.dicēs
ꝙ si statutum excludit filiam dotatam a successione do-
tantis,includit dotatas ante statutum,si moritur dotans
post statutum:secus si mortuus esset ante statutum,vt ibi
ꝑ eū,ꝑ illū tex.Ad idem,qđ no.Do.post Io.An.in c.aua-
ritiæ.de elect.in 6.dicens, ꝙ illa constitutio comprehen-
dit etiam electum,qui ante electionem legitime admi-
nistrabat,forte,vt œconomus,propter verbum, Gerere,
positum in tex.quod nedum prohibet officium admini-
strationis recipere,sed gerere:& sic actus præteritus non-
dum finitus ligatur.Similiter dicit Dom. in c. fi.de elec.
in 6. ꝙ in electionibus factis ante illam constitutionem
debet fieri confirmatio secundùm formam , de qua ibi:
quia non datur forma electioni præteritæ,sed confirma
tioni futuræ:& alleg.glo.in d. clemen. 2.& ad idem vide
glo.in verbo, vtetur.in clem. 2. de vi.& honest.cle.& ibi
Imo.ver.no.bene hanc gl.Et per illam gl. dicit Bal.in d.
l.oēs populi.ff. de iust. & iu. ꝙ statutum prohibens fęmi-
nis certa genera vestium , intelligitur etiam de vestibus
antea factis:quia eas non potuerunt portare.Idem etiam
sentit gl.cum ꝑdictis in cle.j.in verbo,transiuerunt,de re
gu.& glo.fi.in c.j.de iniu.in 6.quam ad hoc no.ibi Dom.
& gl.in cle.j.de testi.statim alleg.¶ Recipit aūt ista fallē-
tia duas declarationes. Prima est, vt non ꝓcedat, qñ per
extensionem legis nouæ ad executionē de futuro fieret
restrictio ad actum de præterito , faciendo ipsam durio-
rem & asperiorem , quàm esset tempore actus gesti . Ita
decidit Dom. in c.ante triennium.in no.31.dist. per illū
tex. vbi constitutio disponebat super seruanda deinceps
castitate diaconorū orientalium : & tñ non extendit ad
illos,qui ꝯxerāt matrimoniū ante.Et ad hoc faciunt no.
per D.An.Imo.& D.Ab.in c.cum dilectus. quod me.cā.
& Arch.in c.gesta.24.dist.& Ioan. And. & dom. Abb. in
ca.super eo.de reg. & Arch.in ca.certæ. 12. q. j.cum con-
cor.in quibus habetur , quòd lex noua imponens reli-
giosis asperiorem vitam, in dubio non trahitur ad rece-
ptos ante legē.Quod soleo limitare , nisi lex noua redu-
ceret eos ad statum consuetum,à quo essent collapsi, vt
ꝑ Doc.in ca.ab exordio.35.dist.de quo aliàs . ¶ Secunda
declaratio huius fallentiæ est, vt non procedat in futuris
quæ nullo modo sunt separata,sed omnino connexa cū
præteritis,& habent omnimodam dependentiam,adeo
quòd

15 SVBLATO Iure † communi, non intelligitur ſublatum ſtatutum ſimpliciter conforme. Io. de Lig.in ca.1. de conſti.in 6. Per plura, maximè illum tex.loquentem indiſtinctè. Reſpondetur, ꝙ procedit, vbi concurrit ratio non præſumendi reuocationem, ſ. vbi ſtatuta ſunt incognita. Secùs in propoſito, vbi ſunt cognita contenta in eis. Ad idem, quia ſunt diuerſæ authoritates. Ergo vna ſublata remanet alia, argumen. c.ex tuarum.de authori. & vſu pallij. SOL. Verum, vbi vna non eſt ſuperflua, prout hìc. ¶Hanc partem tenent etiam hic Butri.& Domi. Idem Domin.in d.c.1. quia habet ſubſiſtentiam ab authoritate ſtatuentis. SOL. Illa authoritas non facit, quòd habeat nouum robur. Idem Albe.in ſecunda parte ſtatut. quęſt.220. Vltimò quærit ipſe Barto. quòd poteſt agi condictione ex ſtatuto. Alle. Bar.in l.1. ff.ad le.Fal. SOL. Quando hoc eſt, benè procedit iſta opi.vt dicitur in 2. limitatione. Idem Ioan.de Platea in l.1. C. de colla.dona. lib.10. quia cùm ſint duo vincula diuerſimodè originata, non poſſunt vno modo tolli, l. nihil.ff.de regu.iu. SOL. Maior eſt falſa, vt infra patebit. Hanc partem firmat hic An. Sic.in clemen.1. de electio. Dic & ſolue vrgentiora eius motiua. Inducit ca. 2. ver. ſpecialib. de præben. in 6. & ibi Domi. vbi ſpecies reaſſumens ius commune in genere potentior eſt. SOL. Verum, vbi ſpecies non repetit formaliter genus, ſed aliquid addit. Vbi autem nihil, ſecus; & ita in propoſito. Non obſt.c.2. quia ibi conſuetudo addebat iuri cõi, ſ͠m quod omnia beneficia largè ſunt in manu Papæ: non tñ ita, ꝙ etiam ab ordinarijs præueniri non poſſet. Modò illa cõſuetudo circa vacantia in curia ligabat manus inferiorum. Meritò dixit ſpecialibus, quia non erat merè
16 repetitiua iuris generis. ¶Item adducit; quia † accidens qualificatum aduenienſ enti facit rem alterius ſpeciei, cap.ſtatutum.cum gl.iuncto c.licèt.de elect.in 6. SOL. Verum, vbi accidens alterat ipſum ſimplex, prout ibi collegium. Sed hic ſimpliciter repetit. Ergo non qualificat. Probatur conſequentia ex primo argumento partis ꝯriæ, de qua ĩ. propè. Et ex multis exemplis Pe.de Anc. in d.c.1.dũ probat, ꝙ ſimilis diſpoſitio concurrens cum

alia

alia sibi pari, non augēt eius effectum, maximè p l.q bis.
ff.de ver.obli.¶ Itē adducit gl.j.in c.cum dilectus.de cle.
non resi. SOL Reprobant eam ibi Ioā. And. Bu. & Abb.
¶ Itē pōderat gl.in d.c.j. de cōst. in 6.ꝙ sublato iure cōi,
remanet ꝯsuetudo illi conformis legitimè p̄scripta. Ergo
& statutum. SOL. Gl.dicit totum oppositum, demū
adducit multa iura facientia mentionem de iure cōi &
consuetudine simul. ergo differunt, de censib.sopitæ.de
testa.cum esses,de eo,q mit. in pos.cum venissent. SOL.
Licèt illi, de quib. in dictis iuribus, vellent se tueri ēt con
suetudine, non restat, quin sit sublata sublato iure: aliàs
nunquam prodessent iura diu obseruata corrigere, si remaneret
consuetudo. Ad qđ tñ vide, qđ dicetur in fi. huius
articuli. Cōis opi.est ꝯ̃ prædictos, ꝙ imò sit sublatum
statutum pp gl. solennem in d. c. in gl. mag. & ibi ita con
cludit egregiè s̃. oēs Pet. de Anch. per quatuor col. quas
non necessariò de verbo ad verbum trāscribit hic And.
Sic. Idem tenet Car. hic dicens, verū esse, ꝙ sublato vno
vinculo non tollitur aliud, vbi constat, statuentes voluisse
illud statutum valere alia ratione. Sed hoc non apparente,
præsumendum est, ꝙ illud statutum sit potius declaratio
iuris cōis, q̃ vinculum de per se. Probat sic: Si.n.
aliud esset, diceretur ius proprium ipsorum statuētium:
Sed non est ius eorum proprium. Ergo cōe. Quòd nō sit
proprium, probatur per l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. qa tūc
ius nostrum facimus, cum iuri naturali addimus, vel detrahimus.
Sed hìc nihil additur, vel detrahitur iuri cōi.
Ergo non est ius statuētium, sed replicatio iuris cōis; qa
plus timeri solet &c. vt hic in fi. gl. Idē Bal. hic; qa princeps
scit effectum statuti. Vnde non curamus de modo
sciendi, arg. l. qui iure. ff. de mil. test. Idē Bal. Ang. & Floria.
in d. l. ius ciuile. & Bal. in l. oēs populi. ibi, nonò no. ff.
de iust. & iu. & Bal. in l. fi. C. quæ sit lon. consue & in rub.
qui feu. da. pos. & Sali. in l. fi. ad fi. C. si ꝯ̃ ius, vel vti. pub.
& Lud. cōsi. 497. diligenter perscrutatis. Et dicit Ang. in
rep. §. ex non scripto, Insti. de iu. na. ꝙ si consuetudo redacta
est in statutū, nihil noui inducit. Ideo succubuit aduocatus,
qui intentauit condictionem ex statuto, secundùm
eum ibi, & Raph. Cu. in l. j. ff. ad le. Fal.

LIMITA Duodecim modis hanc cōem opi. Primò
nisi statutum habeat diuersam materiam à iure cōi, pp
qualitatem personæ statuentis; putà, si est ius prætorium,
prout sunt statuta magistratum. l. ius ciuile. ff. de iusti. &
iu. Bar. in l. 5. ī prin. de ver. obli. & ibi Mod. & Ab. & And.
Sic. in c. fi. de offi. lega. Ita limitat solus Alexā. in d. l. 1. ad
le. Fal. Ex quo infertur, ꝙ statutum epi ponens remedia
in materia iuris, non erit sublatum; qa differunt à iure,
Insti. de perpe. & tem. act. in prin. cum gl. Adde Bal. in l.
data opera. ver. item notandum est. C. qui accus. dum po
nit, ꝙ iudex dēt imitari pœnā statuti omissa pœna iuris
cōis. ¶ Limita scđo, Nisi lex prouideret p implorationē
officij iudicis. statutū verò dirigēs verba ad iudicem adderet
remedium condōnis ex statuto, iuxta l. vnicā, ff. de
condi. ex l. & gl. de sepul. certificari; qa tunc remanet statutum.
But. & Domi. hic. ita Bar. in l. 3. §. si rem. de le. 3.
cum ꝯcor. de quib. per Alex. in l. properandum. §. sin aūt
alterutra. C. de iudi. & Ita But. in c. ex pte. de ver. signi. p
illum tex. cum gl. j. ī fi. Sed vbi ex dispositione iuris cōis
esset introducta condictio ex l. tunc statutum non gemi
nat ipsam actionem. Ita But. & Imo. & Domi. hìc. Hoc
modo tollitur argm̃ Raph. Cu. in d. l. 1. ad le. Fal. qui conabatur
probare, ꝙ statutum non inducat nouum reme
dium. Ad quod vide etiam Mathesil. notab. 81. incip.
No ꝙ Bart. tenet. Qñ autem statutum debeat ita intelli
gi, vt addat iuri cōi, tangunt hìc Doct. prædicti Dicam
tit. proxi. cū dilectus. Ponit latè An. Sic. j̃. eo. causam. Et
sufficientissimè Pau. de Cast. Phili. Cor. & Alex. in l. fi. §.
in computatione. C. de iu. deli. & Imo. Lud. & Alexan.
in l. c. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. Sub ista limitatione
clauduntur multa maximè dicta Bart. in d. l. i. ad l. Fal.
quē sequūtur ibi Nic. de Nea. & Paulus de Cast. & Pau.
in l. si ita stipulatio facta. ff. de verb. oblig. Sic intellige
Abb. in c. fin de obseruatione ieiuniorum. ¶ Limita tertio,
Nisi statutū esset iuratū, vel confirmatū, Domini. in
c. j. de fi. præsby. in 6. pp gl. allegatas s̃. in conclusione de
priuilegio generali & speciali, ī 3. limitatione. ¶ Firmat
Alex. in d. l. j. & consil. mihi 335. Assumo in consultatione
præmissa, quasi in fi. Et sentit Bal. in l. receptitia.
C. de consti. pecu. dicens, ꝙ qui iurat seruare statuta, tenetur
seruare continentia ius cōe sublatum. ¶ Limita
quartò, nisi ius cōe tollat̃ rescripto. glo. 2. in l. i. C. de col
lat. dot. li. 10. quā ad hoc extollit. Salic. in l. i. ad fi. C. de
diuer. rescri. et ī l. fi. C. quæ sit lon. ꝯsue. & ī l. i. C. de seruis
reip. manumit. et An. Sic. hic. & Alex. ꝯs. ꝓximè alle.
Dic. ꝯ̃, ſm Alex. in d. l. i. quia imò gl. in d. l. i. æquiparat
rescriptum & l. ſm eū. & fortè nō benè: quia imò diuersificat.
Sed quicquid sit, qua ratione statutum tollitur
le. eadem videtur tolli rescriptū, dūmodo sit cōcessum
à tali, qui possit ius & statutū tollere. Cogita. Et ad hāc
limitationē vide ēt Sal. in l. fi. versus fi. C. si cōtra ius, vel
vti. pub. versi. tertia limitatio, vbi pulchrè cōmemorat
gl. in l. i. ¶ Limita quintò, nisi emanet statutū super casu
iuris dubio, eum certificando, Imo. in cle. statutū. ibi
ex prædictis no. limitationē. de elect. pp gl. ibi, in versic.
consuetudinē. Idem But. Imo. & Dom. hìc pp gl. i. ī cle.
i. de elec. ¶ Limita sexto, nisi statutū sit ꝯditū ab his, qui
possunt ius tollere. Dom. post Imo. in d. c. i. de consti. in
6. & Bal. in l. i. C. de ser. reip. ma. dicens, quòd gl. magistra
in d. c. i. loquit̃ correctè, scilicet in statuto epi: & sequit̃
hic And. Sic. facit doctrina Bar. in l. & quia. ff. de iu. om.
iu. quod confirmans actum quem posset reuocare, vr̃ de
nouo concedere. ¶ Contrarium tenet Imo. in d. l. j. in
prin. ff. ad le. Fal. nisi sit certum, quod talis velit de nouo
disponere, quod in dubio non præsumitur, vt ibi per gl.
in ver. dedit. & Barto. in d. l. & quia. Et nimis eneruaretur
opi. cōis. ¶ Limita septimò, nisi statutū sit antiquius lege
correcta. Dom. post Imo. ī d. c. 1. pp gl. j̃. ti. ꝓxi. cū dilect⁹.
in verbo, ꝯstitutū. Idē Imo. d. l. j. & Maria. latè in c. fi. ibi,
prima conclusio. j̃. ti. proxi. quia erat effectum ius spāle,
& proprium populi: & cessabat ratio dictæ l. ius ciuile nisi
sustineretur eadem ratione, qua lex posterior: quia ea
correcta, corrigitur statutum, vt dr̃ in nona limitatione.
¶ Limita octauò, nisi statutum haberet aliam rationē,
quam lex correcta. Domi. post Imo. in d. c. j. But. Imo. &
Dominic. his, quia censetur quid diuersum, per ca. consuetudo.
j. dist. Sed in dubio non præsumitur in statuto
alia ratio, ſm prædictos hic, quod nota. ¶ Limita nonò
nisi lex noua disponat ꝯ̃ antiquam, non autem ꝯ̃ rationem
ibi positam; quia remanet iure ēt sublato, sic statutum,
ſm allegata in ꝓxi. limitatione pp gl. de iud. nouit.
in verbo, vc3 ¶ Considera, quòd verum est, quòd sublata
rōne legis, benè est sublata lex, gl. & Bar. in l. 1. in prin.
in ver. prouidentia. ff. de leg. tu. latè Sal. in authē. ingressi.
C. de sacros. ec. Imo. in c. post translationem. de renun.
& in l. 2. §. fi. ff. de dona. & in l. si uerò. §. de viro ff. sol. ma.
vbi tollunt quædam facientia in oppositum. Est tex. clarus
in c. miramur. de seruis non ordi. iuncto c. de multis.
de æta. & quali. Sed quòd sublata simpliciter le. remaneat
eius ratio, intelligerem, vbi est ratio naturalis, ꝓut
loquitur l. eas. ff. de cap. di. Non tamen crederem, ꝙ ista
ratio ēt naturalis daret maius robur statuto: quia si legi
nihil addebat rationibus s̃. positis, ergo abolita le. cessat
statutum: stāte ratione vt ratione, non vt l. cōi, uel statutaria.
¶ Limita decimò, nisi lex esset reuocata ab eo, qui
non posset reuocare statuta. Vnde si clerici fecissent statutū
conforme legi ciuili, non esset abrogatum ea sublata,
tum pp defectum potestatis, iuxta consi. Inn. de iudi.
nouit. in verbo, Theodosius. tum ēt, quia statutū addit
nouum robur ligādo clericos, quos non ligabat lex ciuilis,
vt latè deduxi in rep. c. ecclesia. in 1. q. de ꝯsti. Et istud
facilè sustineretur, licèt tactum non reperiam, & facit
prima limitatio huius articuli. ¶ Limita vndecimò, dū
modò tollatur lex cōis disponēdo contrarium eius, qđ
de iure cōi erat dispositū: secus, si simpliciter cassatur ius
commune. Sali. in d. l. 1. C. de ser. reip. manu. Quod non
vr̃ in se habere rationem vrgentem. ¶ Limita vltimò,
nisi correctio statuti haberet afferre scādalū in loco. Gl.
mag.

mag. in medio, in c. super eo. de cog. spi. quam extollunt ibi Abb. & Alex. de Neuo, ad limitationem materiæ nostræ. Vñ si esset scandalum in loco ꝫhere in quinto gradu, non esset ibi seruanda lex noua. Facit c. j. eo. ti. vbi ad hoc est optimum arg. s'm eosdem ibi. ¶ Demum incidē-
17 ter no. ꝙ † si populus mille annis seruaret l. non inducit consuetudo: qa non seruat aīo inducendi eam sed seruā di ius cōe. Ita Io. de Lig. in d. c. j. de consti. in 6. cuius verbū reputat notabile Domi. ibi in hoc, & But. hìc, & Imo. in d. l. j. ff. ad le. Fal. dicens, benè facere, qđ no. Bar. in l. 2. §. fi. ibi, qñq; princeps, vel alius. ff. de sup. leg. ¶ Scias ēt, ꝙ licētiatus ab ep̄o, vt semel possit ingredi monasteria monialium, si postea concedat ep̄s, vt certo die quilibet possit semel ingredi, & ille ingrediatur, est consumpta sua licentia. Albe. in secunda parte statutorum, q. 181. incip. Per dñm fratrem. vbi multa adducit, maximè ca. si pauper. de p̄ben. in 6. ¶ Et ex istis alleuiati sunt labores eorū, q in posterum examinabunt hanc subtilem decretalē. Nec putes aliqd vsurpatū ex dictis Doctoris mei, Dom. Fran. Aret. in spāli eius commēto: qm̄ de eo facta est mētio, vbi oportuit: & fiet in c. nonnulli. in prin. ĩ. eodem, pp q̄dam dicta, quæ ponit seruiētia ad hęc, & ibi dicēda.

SVMMARIVM.

1. *Clausula, Si preces veritate nitantur, subintelligitur in rescripto Apostolico.*
2. *Periurus est priuandus beneficio, non priuatus ipso iure.*
3. *Pœna priuandi aliquem ipso iure, non incurritur, nisi sit iure expressa.*
4. *Collatio facta periuro, vel aliàs criminoso, est ipso iure nulla. Arguit ad partem contrariam, quòd scilicet collatio facta periuro teneat. Post nu. 4. versi. sed contrariam.*
5. *Prouisio facta criminoso uirtute literarum est ipso iure nulla propter earum odium.*
6. *Clausula, Si preces veritate nitantur, vel, Si ita est, non facit conditionem, nec fundat, vel inchoat iurisdictionem, sed dat instructionem ad procedendum.*
7. *Iudex si admittit aliquem ad actum vetitum, putà ad probandum per testes post conclusionem in causa sub conditione, si iurauerit non habuisse eorum notitiam, subintelligitur alia conditio, videlicet & quòd ita sit. Vnde probato postea, quòd habuerit eorum notitiam, examinatio erit nulla.*
8. *Quæ dicta declarantur dupliciter, vt nu. hoc, & nu. 9.*
10. *Priuilegium referens se ad aliam dispositionem, quas vires recipiat vel perdat.*
11. *Princeps si dicat, Sicut genitor noster genitori tuo fundum concessit, sic & nos concedimus, non habet necesse vasallus primam concessionem ostendere. Iunge simile nu. 22.*
12. *Sententia si contineat, Nos sequentes formam statuti, & statutum est nullum, sententia est nulla.*
13. *Instrumentum si contineat talia verba, Confiteor, prout in tali instrumento continetur, & ibi nihil sit ad propositum, non dicitur aliquid confessus.*
14. *Dispositio facta ad instar alterius, non valet eo non apparente, vel data ualiditate eius, ad quod fit relatio.*
15. *Conditio, Si preces ueritate nitantur, non conditionat substantiam rescripti, sed exercitium.*
16. *Stylus curiæ facit, quòd præsumitur contra rescriptum, uel priuilegium deuians ab eo, ideo commissarius potest supersedere.*
17. *Libellus formatus contra consuetudinē curiæ potest à iudice reijci.*
18. *Sigillum curiæ Romanæ requirit imagines amborum Apostolorū, scilicet Petri & Pauli: quia reputantur pro uno.*
19. *Præcisè, uerbum importat absolutè & sine causæ cognitione, & simplicem executionem exceptione remota.*
20. *Impetratio rescripti suspecti de falso mittitur ad Papam, & mittitur utens sub custodia ligatus.*
21. *Copulatiua an & quando requirat probationem omnium copulatorum.*
22. *Contractus si nominat certa loca per copulam, putà dicendo de omnibus terris, quæ sunt in comitatu, & villa & uocabulo montis Alberici, illa copula facit, quòd non uenit in contractu aliquis fundus, in quo non concurrant illa tria copulata.*
23. *Rescriptum, libellus, uel articulus, quando plura copulat circa unum effectum, in quo non sunt omnia necessaria, copula resoluitur in disiunctiuam.*
24. *Causa an & quando sit probanda in libello, uel rescripto.*
25. *Qualitas in libello, vel rescripto, quando debet probari, uel non? Vide casus hìc enumeratos, nu. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. quam materiam egregiè tractat.*
38. *Quando uideatur quis se astringere ad probandum deducta, Et est hæc quæstio ualde prolixa propter uarias declarationes, & opiniones, & restrictiones, quam materiam extendit usque ad uersiculum, leges insertæ.*
39. *Leges insertæ in Decetis non sunt approbatæ, etiamsi liber ille esset approbatus.*
40. *Consensus principis nullum robur tribuit iniquæ legi.*
41. *Papa licèt reprobet quædam statuta fortè contra libertatem ecclesiasticam, per hoc non uidetur confirmare alia inualida, nisi fuerint discussa.*
42. *Confirmatio etiam ex certa scientia non prodest in defectum substantialium, putà incompetentiæ iudicis, & falsitatis narratorū.*
43. *Confirmatio executionis nullæ non ualet.*
44. *Liber Decreti non est approbatus.*
45. *Liber Decreti, quo tempore fuit compilatus.*
46. *Libri, qui sunt approbati. De hoc usque ad c. sequens.*
47. *Innocentius commentator Decretaliū, quantæ fuerit authoritatis.*
48. *Authoritates diuinæ possunt pro legibus allegari.*
49. *Chronicæ, seu libri historiales, an probent?*

CAPITVLVM II.

a
1 EX parte. a ¶ In † rescripto Apostolico subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur. Et si rescriptum prohibet causę cognitionem, est de falsitate suspectum H. D. Et dicit hìc Inno. ꝙ ad confirmationem sententiæ non debet sibi vendicare locum, nisi veritas probationū: qđ est no. secundùm Bal. in auth. si quis litigantium. 2. no. C. de episco. audiētia.

a Ex parte. *Adde do. Soci. suo consi. 146. incip. Visa bulla Bonifacij. uer. confirmantur ēt præmissa. in 2. par. ꝙ ista clausula, si preces &c. in quocunq; mandato & rescripto ad litē & beneficia subītelligatur.*

2 PERIVRVS Est † priuandus bñficio, nō priuatus. Sentit Abb. post alios hìc. Addit An. Sicu. Car. & Ab. de iureiu. querelam. & gl. pe. in c. fi. de iure pa. quæ dicit, ꝙ pœna priuationis non incurritur, nisi iure exprimatur. Facit gl. 15. q. 8. in summa, secundùm eum. Adde tu glo. in cle. 2. in verbo, suspensus. in prin. de vita & hone. cle. quæ dicit, ꝙ nullus priuatur beneficio, nisi exprimatur. Benefacit glo. 2. in fi. de offi. ordi. cum vos. no. Abb. in c. fi. in fi. de præsump. & in ca. cùm venerabilis. de excep. allegando gl. in d. c. fi. ¶ Et dicit Inno. de elect. bonæ, lo
3 2. in gl. post mortem. circa medium, ꝙ † pœna priuandi quem ipso iure non incurritur, nisi sit
b iure expressa b. ¶ Quod verbum melius facit ad propositum, q̄ p̄dicta, q̄ nō exprimunt de pęna ipso iure. Facit tex. in Auth. de non eligen. secun. nubē. ibi, nec est lex tale quid dicens. per quem dicit Bal. in auth. ex testō. C. de secun. nup. ꝙ nihil inducit priuationem, nisi qđ de iure cauetur, & sequitur Ana. in c. j. de maledicis. ¶ Sed ꝫ cōem, ꝙ imò periurus sit statim priuatus, tenet And. Sicu. p istum tex. in verbo, amoueretur & per d. c. querelam. ibi, remouentes. iuncta theorica But. in c. fi. ibi, 4. & c. de postul. vbi dixit ꝙ verbum, Spolietur, licèt sit de futuro, tamen denotat solam amotionem manualem, & p̄supponit priuationem iam iure factam, & sic dicit fuisse dictū in facto. ¶ Præterea hìc æquiparat̄ renūcians & periurus. Sed renuncians est priuatus, ca. qđ in dubijs. ibi, spoliari. de renun. & ibi But. ꝫ Host. Ergo. Item infamia priuat ipso facto militem militia, l. 2. §. j. ff. de his, q no. infa. Sed periurus est infamis, gl. in d. c. querelam. Et facit lex, si quis maior. C. de transact. Ergo & clericum, iuxta gl. in l. miles, ff. de

b Expressa. *Adde, quod habetur per Bal. in authē. qui semel C. quomodo & quando iud. & per domi. Alexā. de Imo. in l. imperator. de iure fis.*

ff. de re iud. Et hæc est veritas, ſm eũ. ¶ Urget primũ argumentũ, alia nõ. Qm ad ſcdm dicitur, ꝙ iſta cõmiſſio relat ad factum præſupponit hæc duo digna priuatione. ¶ Præterea ipſa renũciatio nõ priuat ipſo iure. Imo. poſt Hoſtien. in c. quod in dubijs. de renun. ¶ Ad tertiũ, ꝙ infamia. S O L. Iſtæ militiæ non æquiparantur in propoſito. Abb. in d. c. querelã. & in ca. j. de cler. ægro. Nec eſt expeditũ, ꝙ periurus ſit infamis, vt nota. de teſt. teſtimonium. ¶ Sed pro primo argumento adde Abb. poſt Cal. de pac. cùm clerici. Imol. in d. c. fi. de poſtul. vlti. no. Abb. in c. ex parte. 3. no. de cle. non reſi. Bu. cõſi. 27. Viſis præſentibus. Sed in contrarium facit c. de multa. de pb. in verbo, ſpolieť. iuncta extraua. execrabilis, quæ addit ipſo iure. ¶ Ad idẽ c. poſtulaſti. de cle. exc. miniſt. in verbo, ſpolietur. iuncto c. clerici. eod. tit. vbi nõ perdit ipſo iure. Pro hoc cap. vergentis. de hæret. in ver. ſpoliari. iuncto ca. cum ſm. eod. tit. in 6. ubi requiritur ſententia. Ad idẽ d. c. quòd in dubijs. iuncto dicto Imo. ibi, exponẽtis ſpoliandi, ideſt, priuãdi. Ad idẽ tex. hìc in verbo, amoueretur. iuncto verbo, ſententiam. Ergo pronunciauit priuãdo. Ad idẽ c. ſi aũt, de coha. cle. c. audiuimus. de colluſione. c. ad falſariorum. ĩ fi. de cri. fal. & ubique exponũt Doct. ſpoliare, ſcilicet per ſentẽtiã. Dici poſſet inſpiciendam eſſe materiã ſubiectã: Si enim ꝑ alia iura apparet requiri ſentẽtiã, tũc huiuſmodi verba important ſentẽtiã. Facit in ſimili c. 2. cũ gl. de to. com. & c. ſi quis. cũ glo. 23. diſt. ubi exponitur, Sit, ideſt fiat, ꝑꝑ alia iura. Vbi aũt in mã alibi explicitè, vel implicitè non declarata lex utitur verbo, Spolietur, fortè ſtarẽt doctrinæ prædictæ. Pro quibus facit c. cũ bonæ. in fi. de ætate & qua. ibi, non differat ſpoliare, quæ verba denotãt priuationem ipſo iure, ſm Car. in cap. perpendimus. ibi, ego dico melius, de ſent. excom. Pro quo vide Old. conſi. 195. Articuli dñi Arnoldi. poſt prin. ubi dicit, ꝙ in mã ca. ex tuæ. de cle. nõ reſi. nõ eſt neceſſarius ordo iuris: tũ ꝑꝑ verbũ, Spoliare, de quo ibi: tũ quia nõ reſidere eſt quid notorium. Ergo non requiritur ordo, c. qm̃, de fi. presby. Requiritur tñ priuatio, ſed non ſolẽnis, ſm Abb. in c. ex parte. lo. j. in 3. no. de cleri. non reſi. niſi faciat actum, per quẽ uideať habere eccleſiã pro derelicta, ſm But. in cap. ex tuæ. de cle. non reſi. ante verſi. oppono ſcdo. Et ita ẽt Abb. in rep. c. extirpandæ. §. qui vero. ibi, hoc ẽt uidetur ſentire Old. de præb. Cum ergo in propoſito per iura adducenda appareat periurum non eſſe priuatũ, verbũ Remouentes, ſ. ponderatũ, non denotat ſolã facti remotionẽ, ſed ſentẽtiã. Quod aũt periurus non ſit priuatus ipſo facto, firmat Inn. in c. inter dilectos. poſt prin. de exceſ. præla. & omnes * ĩ c. querelam. & Dom. 8. diſt. quo iure. ad fi. dantes doctrinã, quòd nullũ crimẽ priuat ipſo iure, niſi ſit iure cautũ. Videmus idẽ in homicida, ſm Inno. & alios in d. c. cũ noſtris. de conceſ. præb. Dom. poſt Arch. l. diſt. ſtudeat. Car. in cle. conſtitutionẽ. §. cæterũ. in fi. de elect. Ana. in ca. 2. de clerico pug. in duel. & in c. quãquam. de elect. in 6. Arch. 8. q. j. in ſcripturis. Imo. de iureiurando. cũ contingat. ad fi. Rotam, ut li. pendẽ. 14. Itẽ Titius, ultra mediũ, ibi, ad dicta iura. in nouis. Bal. in l. Barbarius, ver. ſed quid de ſeruo. ff. de offi. præto. in rep. non in lectura. Abb. in c. fi. pe. no. de exceſ. præla. Bal. ĩ. l. cũ fratrẽ. C. de his, quibus ut ind. Lud. in l. is cui bonis, de uerb. obl. Pet. de Anc. in regula, peccati. in j. oppo. lib. 6. Calder. de præbẽ. conſil. 20. Et de accuſ. quarto. & Imo. in c. niſi cũ pridẽ. in 6. colu. ibi, nota benè hunc tex. de renun. Niſi in caſu ca. j. de homic. in 6. Probatur in c. clericis. in verbo priuetur. ne cle. vel mo. in c. ex literis. in ver. cedat. & in verbo, amouentes. de exce. præla. & in c. quæſitum. de tẽ. or. in verbo, priuetur. Non obſt. c. miror. in uerbo, priuatus. l. diſt. quia Car. & Ana. in c. inquiſitionis. in prin. de accuſ. exponunt ſcilicet per ſententiam, per prędicta, de quibus alias feci mentionem ibi ad c. quibuſdam, in verbo, prorſus amittanr. de pœnit. S O L. Loquitur in feudò. Et hic no. quibus adde, quod dicetur ĩ. eo. ſciſcitatus. in prin. ¶ Collatio † tamen facta periuro, vel aliàs 4 criminoſo eſt nulla Fede. conſi. l. incip. An collatio. Allegat Hoſtien. de exceſ. præl. inter. Idẽ Abb. in d. c. querelam. & Rota de iure pa. 5. ad fi. in nouis, reprehendendo quẽdã Cardinalẽ, qui ſequutus Inn. de conceſ. præbẽ. cũ noſtris. malè põderabat c. poſtulaſti. de cle. exc. mi. c. cũ bonæ. de æta. & qua. & c. accedẽs. de accuſ. Et hanc partem tenet Inno. de ap. conſtitutis. lo 2. in gl. deficit totus, poſt prin. quem ſequitur Abb. in d. c. cũ noſtris. ad fi. Idem Ni. Myl. in Repertorio, fol 79. §. irregularis, ut homicida. dicens non eſſe uerũ, ꝙ Inno. aliter dicat in d. c. cũ noſtris. licèt velit, ꝙ beneficia acquiſita ante hos defectus licitè teneantur, quouſque iſti priuentur: non dicit, collationem ualere. Et in hoc cõmuniter errat vulgus allegando Inn. Idẽ Abb. in ca. cũ in cunctis. §. fi. de ele. per illũ tex. in verbo, amittat. quod importat ipſo iure, ſm eũ: & fortè malè, propter gl. 1. in l. amiſſione. §. j. ff. de c. dim. quæ dicit, ꝙ ſonat in futurũ. Et rarò inuenies ſimilem, ſm Bal. ibi. Et no. glo. & Docto. in l. ſi quis in tãtam, in verbo, amittat. C. unde vi. & ſic ẽt reſpõdebit ad c. quamquam. in verbo, deuoluatur. de elect. in 6. Et hãc partẽ tenet ẽt Abb. in c. j. de iudi. & in c. fi. de preſump. & in c. graue. de præb. dummodò collatio fiat indigno tali indignitate, quæ ipſo facto impediat vires collationis, ut in quatuor defectibus, de quib. in d. c. cũ in cunctis in prin. aliàs non. Sed certè rarò erit indignitas, quæ nõ ſit talis ꝑꝑ illũ tex. in verbo, vita & moribus. Et hãc partẽ ſenſit Aegi. Belle. ꝯcluſione 172. collatio facta. ¶ Limitatur iſta opin. ut nõ habeat locũ in electione. Ita Io. An. in c. auditis. ſuper gl. vul. de elect. ibi, ſed quid ſi eligitur criminoſus, quẽ ſequuntur ibi But. & Dominic. 8. q. j. in ſcriptutis. volentes electionẽ ſcienter de criminoſo non eſſe ipſo iure nullã, niſi crimen inducat irregularitatẽ, vel ſuſpenſionẽ maiorẽ, iuxta c. ſi celebrat. de cle. excõ. mi. & alle. Compoſt. ĩ. eo. c. ¶ Contrariũ firmat But. d. c. cum nřis. dicens, electionem non valere. Alle. Cal. in d. c. qrelam. & ſequitur Nico. Myl. fol. 29. §. clericus licèt ſit homicida. Et ꝙ electio non valeat, tenet Hoſt. in c. j. de poſt. præla. & in d. c. cum in cunctis. per illum tex. in ver. ita & moribus, cum quo reſidet Archi. in d. ca. in ſcripturis. in fi. Et eis non adductis idem tenet Inn. in d. c. auditis. in fi. per d. c. cum in cunctis. iũcta l. non dubiũ. C. de legi. Idẽ Abbas in c. dilecti. 3. no. de excep. ¶ Reſpõdet Imo. in d. c. auditis. ad id, quod ĩ. dicetur de collatione, ꝙ illa hẽt in ſe incluſam virtualiter confirmationẽ: glo. 3. c. j. de elect. in 6. cum concor. dicendis. ĩ. eo. eam tẽ. ſecus in electione. Poſſet reſponderi ad l. non dubium. ꝙ in c. cum in cunctis. ponitur pœna priuationis poteſtatis eligẽdi. Ergo actus tenet, qñ nullitas eius reſpicit præiudicium alterius, non illius, qui punitur. Bar. in l. prior. in fi. prin. ff. de ope. no. nun. Item ſi eadem eſt lex prohibens & puniens, tunc actus non annullatur. Abb. in c. 2. de teſti. Ideo fortè iſtud de electione eſt verum, ſaluo, niſi fiat de perſona irregulari, vt illegitimo, bigamo, homicida, vel ſimili, vt fatetur Io. And. vbi ſ. Idem, ſi fieret de notoriè incapace, vt de laico, fœmina, infante, vel ſimili, ꝑꝑ verba Abb. in d. c. fi. de præſump. ¶ Sed ꝯriam partem, in collatione, ꝙ imo valeat mero iure facta periuro, vel aliàs criminoſo, tenet Lap. in addi. ad conſi. Feli. & Imo. in d. c. auditis. ad fi. de elect. & firmiter do. Car. in d. c. querelam. in fi. quia ſi periurus eſſet incapax tituli beneficialis, ſequeretur, ꝙ beneficiatus incurrens periuriũ eſſet ipſo facto priuatus. Contra prædicta inducit ẽt d. c. inter. de exceſ. præla. intelligendo verbum, Irritandam, propriè. Præterea ſecunda electio non valet, niſi caſſet prima, ca. conſiderauimus. de elect. Ergo prima tenuit. Ad regulam, infamibus. reſpondetur, ꝙ poſſunt excludi, ſed non ſunt ipſo iure incapaces. Idem tenet Nico. Myl. d. fol. 29. allegando But. in d. c. cum noſtris. Idem Aegi. Belle. deciſ. 751. patronos ĩ. tempus. in fi. ſequendo Car. S. Euſtachij ſ. reprehenſum ab alia deciſ. præalle. de iu. pa. 5. in no. Idem no. Compoſt. & Io. And. in locis præal. ad id, quod dixi de elect. ſ. in verſicu. limitatur. & Ioan. And. in cap. dudum. lo 2. de electio. in glo. hoc non facit ad rem. & in d. cap. inter dilectos. in glo. no. non ſolum. Et iſta ſunt loca authentica, & ſolidæ authoritatis, non collecta ex riuulis. ¶ Conſidera in tanta varietate,

tate & fortè tam collatio, q̃ electio vr̃ valida, nisi fiat pſonæ irregulari, vt hom:ciæ, & ſi. vel prorſus incapaci, vt fœminæ, infanti & ſimilibus, in quibus datur oĩmoda & notoria inhabilitas, per prædicta, quicquid aliàs ſcripſerim in d.c.querelã.& in c.fi. in fi.in 3. concluſione, de præſump. Et ita ẽt expreſsè vult Inn.in d.c. cum in nr̃is. quaſi in fi.tertiæ gl. dicens non tenere electionem factã de illis, in quib. ius dignitatis cadere non poteſt, vt ſunt oĩno illiterati, mulieres & infantes.¶Et adde, ꝙ ſi Papa mandat conferri beneficium, qđ dicit de iure vacare ob certum crimen, licèt reuera non inducat illud crimẽ vacationem ipſo iure, tñ ſtandum eſt literis Pet.de Ancha. conſilio mihi 288. vltra alia ſolenniter. quia talis narratio principis operatᷣ certam ſciam & prouiſionem in illo actu, per l.quidam.ff. de re iud.& l.idem Vlpianus. ff. de excuſa.tu.& ſubdit, ꝙ ſola ſimonia & hr̃ſis priuãt quẽ ipſo iure. Quod benè no. ¶Penderet hoc conſiliũ Pet.à materia cle.j.de proba. Nũquid dici poſſet de erroribus. Papæ in iure, maximè in literis ad partis petitionem ꝯceſſis: dicã ĩ.eo. cauſam. ¶Limita ẽt oĩa pdicta, niſi † prouiſio facta criminoſo, vel infami, fiat virtute literarũ ad beneficia: qa pp maximam earum odioſitatẽ erit ipſo iure nulla. Cal.de præben.conſi.20 de accuſa. quarto, licèt aliàs collatio valeret, per prædicta: cum quibus ipſe concordat. Adde ẽt Bal. in d. repe. l. Barbarius. vbi dicit, ꝙ ſi Papa confert ep̃atum apoſtatæ, ignorans eum apoſtatam, non tenet collatio: quia hoc ius non cadit in apoſtatam: ſecus dicit in homicida. All.Inn.d.c.cum in noſtris. Et hæc nota: qa mirificè inſeruient. Nec ad ea introduceris ex apoſtillis, vel recollectis Modernorum, quas ferè oẽs domeſticas habeo, & vbi inſeruire pñt, vt vides, allego, cupiẽs potius honorem dare, q̃ aucupari indutus plumis alienis; q̃ fucata honoris principia tandem turpius dehoneſtant patefacto matrice fonte riuulorũ, vt indies cum rubore experiũtur pleriq; leuiſſimi commẽtantes, quorum delubrioſa furta palàm detegũt moderniorum operum multiplicatæ hinc inde impreſſiones.

a Vel, Si ita eſt. *Adde, quòd clauſula, Si pces, &c. & clauſula, Si ita eſt, idem importãt, & ſubaudiuntur in reſcriptis Apoſtolicis, ſi expreſsè non continentur, ſecundum Specu. in ti. de reſcripto. præſ.§. ratione quoque defectus. in ver. itẽ quòd non eſt ibi clauſula.*

6 CLAVSVLA Si † preces &c. vel, a Si ita eſt a, non facit conditionem, nec fundat, vel inchoat iuriſdõnem, ſed inſtructionem ad procedendũ. Bal. ĩ eodem, ſuper literis. ibi, Iſta clauſula, Si preces. & ſequitur hìc An.Sic. ¶Adde Rotam de filijs presby. 4. in antiqs: & qui filij ſint le. j. in antiquioribus: q̃ dicit, ꝙ clauſula, Si non fuerit paternæ incontinẽtiæ imitator, non inducit cõditionem præſertim extrinſecam, quæ reddat mandatum condõnale: Sed eſt dare formam, q̃ etiam ſine expreſſione intelligitur. Idem Inn. clarè in ca. inter dilectos. ibi, ſed quid dices đ exceſ. pla. & dicit Sali. in l. præſcriptione. verſi. iterato ad idem, quia conditiõ. C. ſi ꝫ ius. ꝙ iſta clauſula locum ſibi vendicat, qñ princeps non eſſet aliàs conceſſurus: quod qñ ſit, ipſe ibi declarat, ponendo materiam c. ſuper literis. infrà eodem. ¶Dixit ẽt Aegi. Bel. deciſ. 4. incip. Falſi expreſſio. ſe conſuetum dicere, ꝙ iſta clauſula nõ inducit nouam formam, nec partis vocationem neceſſariam.¶Et vide Rot.de offic.delega.2.in nouis, vbi dr̃, ꝙ clauſula, Si ita eſſe inueneris, facit executorem mixtum, & requiritur citatio. Sed caue; quia Rota de dolo & contu. 14. in antiquis, tenet de ſtylo, ꝙ clauſula, Si inueneris, non requirit citationem, ſecus in clauſula, Si repereris. Idem ſentit eo.ti. 16. Fortè melius eſſet dicere econuerſo, pp illud Ouidij, *Tu non inuenta reperta es:* quaſi ad inueniendum præcedat indago, reperire autem ſit caſuale. Et ita ſentit ſummarium dictæ deciſionis 14. Tñ vſus obtinuit, ꝙ Reperio & Inuenio, non differant, ſecundum Vallam elegantia. 300. & Iunianum in verbo excogitare.

7 ¶Et no. ꝙ † iudex admittit aliquem ad actum aliàs vetitum, putà ad probandum per teſtes poſt cõcluſionem in cauſa ſub conditione, ſi iurauerit non habuiſſe eorum notitiam, ſubintelligitur alia cõditio, vcȝ & ꝙ ita ſit. Vnde probato poſtea, ꝙ imò habuerit eorum notitiam, examinatio eſt nulla, Pau.de Caſt. latè & ſingu. in l.ſi cũ patrono. C. com. vtr. iudi pp gl.ſing.ibi, & alia, quæ dicit ſe adduxiſſe in facto. Quod guſta ad multa, putà ad c.paſtoralis. de excep.& ſi milia iura, quæ dant iudici poteſtatem admittendi ſub conditione dicti iuri. Secus tñ in iuro litis deciſiuo, l.j.& 2.ff.de in lit.iur. vt latius per Pau. cui adde Abb.in d.ca. paſtoralis. ibi, vel niſi aduerſarius. & ibi dixi. ¶Et dicit Bal.in l.vniuerſa.C.de diuerſis reſcriptis. ꝙ in his, in quibus princeps hẽt notitiam plenam, non eſt opus de iure ciuili d.clauſula, putà in ſnĩa lata ab eo, & tunc ſi apponit, exponitur, Si, pro Quia, ſicut In ſimili dr̃ de dictione, Iuxta, ꝙ ſtat cauſaliter, de verb. ſigni. abbate. & dr̃ infrà.

8 ¶Declara hæc dupliciter. Primò, niſi † literis ad bñficia ponantur dictæ clauſulæ in his, q̃ à iure non præſumuntᷣ: putà, ſi eſt doctor, vel de tali domo, quia tunc propriè eſt cõdõ, & de forma: ſecus ſi à iure præſumitur, vt ſi eſt idoneus. Inn.& alij in c.fi.de præſump. vbi aliàs latè reduxi,

* & gl.maior, & oẽs * in cle.j.de off. delega.& Bal.in l.præſcriptione, C.ſi ꝫ ius. Sed in reſcriptis ad lites procedunt prædicta. Quibus adde Inn.in c. prudentiam.de off.dele. & q̃ ibi dixi. Et vide Car. poſt Pau.in cle.1.in 1. & 2.q. de conceſ.præb. vbi etiam diſtinguit, vt eſt dictum in literis ad beneficia. No. Bal. in l.2.C. qñ prouocare.& Pau.in l. cum, qui.§.1.ff.de acqui.hære.

9 ¶Scdõ declara. Quia † licèt dicta clauſula non ſapiat condõnem quò ad vim reſolutiuam, ideſt, ꝙ aliter factum non teneat, tñ hẽt vim ſuſpenſiuam, adeò ꝙ pœna reſcripti non incurritur, niſi verificatis precibus. Pet. de Anch.conſi.mihi 235. ꝑ prædicta. ad fi. dicens, ꝙ ſi Papa præcepit ſub pœna excõicationis latæ ſnĩæ, & tñ non fiat, nõ incurritur excõicatio, ſi narrata ſunt falſa: quia ſubinrelligitur condõ, Si preces &c. quæ ſuſpendit excõicationem. Inn. & alij, de appel. præterea requiſiſti. Idem ſentit Car. Inno. & Abb. ĩ. eodem. ſi qñ. ¶Pro quibus vide Inn. ĩ. eodem, conſtitutus. dicentem, ꝙ licèt condõ, quę tacitè ineſt, non reddat rem condõnalem, per pręđicta: tamen ſuſpendit actum, ſicut expreſſa. Allegat gl in l.item quia. in verbo, malè petitur. ff. de pac. quam ſequitur Lud. in auth. ſimiliter. C. ad le. Fal. dicens ſe plenè dixiſſe in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. Nico. de Neap. in l. planè. in prin. co. ti. licèt aliter glo. in l. ita demum. in prin. ff. de arbi. quæ tollitur, vt per Alexan. in d.l. item quia. ¶Scias etiam ꝙ licèt exprimere condõnem, quæ ſubintelligitur, non faciat actum condõnalem, vt eſt dictum: tñ qñ exprimitur in materia, in qua non præſumitur qualitas à iure, ſed conditio ſubintelligitur, facit actum conditionalem. Glo fina. in c.1. de ſponſ. in 6. Pro cuius intelligentia vide latè Iaco. Zochum in ca. ad audientiam. de ſponſa. Et de materia per Bal. & Imo. in l. qui filiabus. § fi. ff. de lega. 1. & Imo. in l. miles. §. 1. ff. de lega. 2. Bu. Abb. & Imo de iureiuran.

10 quemadmodum. ¶Scias etiam ꝙ † aliquando in literis Papæ dr̃, Iuxta tenorem talium literarum, vel Secundùm, vel Prout: & dubitatur, an iſtæ dictiones importẽt conditionem, id eſt ſi ita eſt, prout dicitur contineri in diſpoſitione nominata cum illa dictione Iuxta, vel ſimili. Ad quod reſpondet Ludo. conſi. 336. Circa propoſitam. circa medium, quòd aut ponuntur in priuilegijs: & intelliguntur talia verba ſtare cauſaliter, ac ſi diceretur, quia ita eſt: vt eſt caſus in d.c. abbate. ver. ꝫ quod fuit. de verborum ſignifica. vbi iſta verba ſᷣm præteriti temporis morem exponuntur: quia mos præteriti temporis ſic obtinuit. Et ideo non erit opus probare illud: quia verba illa narratiua probant, niſi contrarium probetur, cle. 1. de proba. Quæ tñ non admittit probationem in ꝫrium, quando Papa enunciaret factum à ſe, & in eo ſe fundaret. Aut dictum verbum Iuxta, uel ſimile ponitur in reſcripto: & tunc ſtat conditionaliter, ideſt, Si ita eſt. Alle. Lud. gl. fi. in c. qm̃ Abbas. de offi. dele. quæ apertè firmat hanc differentiam inter priuilegia & reſcripta, allegando c. examinata. de confirma. vti. vel inuti. & c. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. Sed certè videtur, quòd non

non ſit diſtinguendũ inter priuilegia & reſcripta: ſed ꝙ
ſit inſpiciendus modus loquendi, qui poteſt eſſe duplici
modo: aliqñ tales dictiones, Iuxta a, Se
cundum, Prout b, & hmõi proferunt̃,
ſiue in priuilegio, ſiue in ↄ̃ctu, vel ſimi-
li materia: de cuius natura eſt diſpone
re aliquid de nouo, & diſpoſitione con
ceditur aliquid certum, & refert ſe di-
ſpoſitio ad aliud per tales dictiones, &
tunc non ſtãt condõnaliter: quia natu-
ra principalis diſpõnis continentis cla
rè certum qd, non eſt referre ſe quaſi
condõnaliter ad aliud. Vñ ẽtſi illud nõ
appareat, iſta falſa demonſtratio non
vitiat diſpõnem. Ita dicit Bar. in l. eũ,
q. §. Iulianus. per illũ tex. ff. de cõſti. pe-
cu. dicens, ꝙ ſi in ſñia dr̃, condemno te
ad vnum par caponum omni anno,
ſ̃m ꝙ tui anteceſſores conſueuerunt;
iſta verba non faciunt condõnem: imò
ſimpľr condemnãt. Et inter alia addu-
cit gl. in d. c. qm̃. per quam dicit, ꝙ iſta
verba, Confirmo ſñiam, ſicut iuſta eſt,
non faciunt condõnem, cùm proferã-
tur in actu diſpoſitiuo. Et dicit Abb. in
c. examinata. ad fi. de ↄfir. vti. vel inuti.
ꝙ ſi in ↄfirmatione facta à principe in-
formato & cũ clauſula, Ex certa ſcia,
dicat̃, cõfirmamus p̃dictã ſñiam, ſicut
ꝓuidè lata fuit, exponit̃. i. qa ꝓuidè lata fuit, & non ſtat ↄ
dõnaliter. Et idem optimè Bar. in extraua. ad reprimen-
dam. in ver. ꝓut. verſ. ad cuius intelligentiã. dicens ꝙ in
legibus, priuilegijs, ↄ̃ctib. & ſententijs, q̃ fiunt aĩo aliqd
diſponendi, & q̃ fiunt cum cauſæ cognitione, talia ver-
ba ſtant cauſaliter, ideſt, qa ita eſt. Vñ ſi dr̃, ↄcedo tibi ve
ctigal tantæ quãtitatis, ꝓut hactenus ↄſuetũ eſt, exponit̃,
ideſt, qa ſic ↄſuetum eſt, ſ̃m eum, quem clarè reaſſumit
do. meus de Are. ↄſ. 86. diligẽter viſis. ¶ Vñ dicit Io. An.
11 in addi. Spe. de feu. §. ſi igit̃. in 1. additione, ꝙ ſi† princeps
dicat, Sicut genitor nr̃ genitori tuo feudum conceſſit,
ſic & nos concedimus, non hẽt neceſſe vaſallus primã
conceſſionem oſtendere, per dictum c. Abbate. niſi talis
eſſet cauſa, qua non exiſtente, dans non conceſſiſſet, qđ
haberet probare, qui hoc diceret, ſ̃m eum, per l. cum ta-
le. §. falſa. ff. de condi. & demonſtra. ¶ Sic ẽt dixit Pau. de
Caſt. conſi. 320. In cauſa decimali. ꝙ ſi inueſtitura deci-
marum habet iſtam clauſulam, vz, Iuxta formam anti
quarum inueſtiturarum, cum appareat certitudo diſpo-
ſiti, de quo facta eſt inueſtitura, ſ. de decima fructuũ cer-
ti loci, illa verba, Iuxta &c. non faciunt condõnem, ſed
modum, per l. pe. C. de inſti. & ſubſti. & non eſt ꝓbare an
tiquas inueſtituras. Alle. d. c. abbate. & Bar. in d. locis, &
etiam in l. admonẽdi. poſt prin. ff. de iureiu. & in l. edita.
verſus fi. C. de eden. & Bal. in l. j. circa fi. C. de epiſ. & cle.
q̃ ſunt bonæ allegationes ad hoc. Et dicit Bal. ĩ d. l. admo
nendi. ꝙ ſi lege priorum ſtatuitur, ꝙ quilibet ſoluat col-
lectam ĩ. decem dies ad pęnam quarti pluris ſ̃m formã
ſtatuti, certè ſi de hoc nullum ſtatutum reperiretur, lex
habet effectum, per tex. cum gl. ibi, & in d. l. Iulianus. Et
ꝙ libellus, vel ſtatutum referens certitudinaliter aliam
diſpõnem, non requirat ipſius apparentiam, aliàs ſic: no.
Bar. in d. l. edita. loquens in libello & Bal. in d. l. loquens
in ſtatuto. ¶ Aliqñ verò priuilegiũ vtitur relatione ad
aliud per dictionem, Iuxta, vel Prout, & ſimile, & refert
ſe ſuper eo, de quo in priuilegio concedentis per ſe clarè
non conſtat, neq; certè: & tunc priuilegium non valet,
niſi illa relatio declaretur per illud, ad quod fit relatio.
Ita dicunt quaſi omnes prædicti, ſ̃m Are. in d. conſi. eſt
caſus expreſſus in l. ſi ſic. §. j. & ibi per Dy. & Bar. ff. de le-
ga. j. & in l. legaui. ff. de lib. lega. vbi habes, ꝙ ſi, concedo
tibi, quicquid iuris habeo in tali loco, ſi non apparet qd
iuris ibi habeam, nihil eſt conceſſum. No. Ol. conſi. 164.
viſo priuilegio. & Ange. in l. ſi locus. ff. de acqui. poſ. ſe-
cundum prædicta. Itaque intellige glo. in d. c. quoniam

a Iuxta. *Qualiter autem hęc dictio, Iuxta, exponatur, vide per do. Soci. ſuo conſi. 211. incip. breuiter conſultationẽ premiſſam. verſi. accedat etiam, ꝙ, in 2. parte. & Oldra. conſ. 49. aliàs 197. In conceſſione cuiuſdam donationis &c. & Alex. conſi. 8. in 3. parte.*

b Prout. *Pro qua dictione vide Domini. & Fran. de Padua. l. prout. de ſolut. & Alex. in conſi. 3. ſecunda parte, vbi plenè. & in conſi. 66. 1. parte.*

Abbas. ¶ Et dicit ibi Imo ꝙ ẽt in confirmatione dictæ
dictiones non ſtant condõnaliter, ſed cauſaliter, qñ fiũt
ex certa ſcientia, per id, qđ hr̃ in d. c. examinata. Ad hæc
facit, quod no. Bal. in c. j. §. fi. qualiter feu. alie. poſ. dicens,
ꝙ qñ ſtatutum remittens ſe ad aliud, non dat formã cer-
tam, oportet videri ſtatutum, ad qđ fit remiſſio: ſed ſi per
ſe dat certam formam, non oportet de ipſo perſcrutari.
¶ Conueniunt ẽt in hoc plures concordantiæ; quas ſim-
pliciter ponit Alex. in d. l. admonendi. ff. de iureiu. circa
dictum Bar. præallegatum, & circa naturam dictarũ di-
ctionum: & benè facit elegans cõſi. Lud. 305. Quò ad ſe-
ptimũ. ad fi. & qđ ipſe ponit conſi. 21. & ↄſi. 201. ꝓ deciſ.
in prin. Et dicit Old. ↄſi. 230. Factũ tale eſt. ꝙ ſi ſcribit̃ de
bñficio certi valoris ſ̃m taxationẽ decimæ, & vacet vnũ
non taxatum, non includitur in gratia: & ſequitur Ioã.
And. in addi. Spe. ſuper rub. de conceſ. præben. & Pet. de
Anch. in repe. cle. j. de conceſ. præben. ¶ Et dicit Bal. in c.
12 cum cauſa. poſt prin. de re iudi. ꝙ ſi † in ſñia dr̃, Nos ſe-
quentes formam ſtatuti &c. & ſtatutum eſt nullum, ſñia
eſt nulla, per l. qui teſtõ. ff. de excuſa. tu. vbi melior tex.
de iure, ſ̃m eum. Faciunt, q̃ de ſñia referẽte ſe ad acta nõ
probantia plenè ſcribuntur in l. 1. C. de erro. cal. in l. ex
diuerſo. §. fi. ff. ſolu. ma. & in c. qm̃. de proba. Et conſuluit
do. meus de Are. conſi. 68. Excellens dñe. non valere cõ-
promiſſum factum ſuper lite aliàs agitata, ſi de illa lite
nihil appareat. ¶ Et dicit Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. ꝙ
13 ſi† quis dicit, Confiteor, prout in tali inſtr̃o continetur,
& ibi nihil ſit ad propoſitum, non dr̃ aliquid confeſſus.
Latè Lud. conſi. 294. hæc confeſſio. Dixi in c. cùm vene-
rabilis. de excep. facit l. qui plures habebat libertos. ff. de
vſufru. lega. vbi habitatio relicta, prout in codicillis eſt
deſignatum, nõ dr̃ relicta aliquo modo, ſi nihil eſt de ea
in codicillis. Simile eſt de teſte dicẽte, Dico, prout aliàs
dixi, vt per Bar. in l. eos. ff. de falſ. & Bal. in l. fi. C. de re iu-
di. cum concor. Quomodo autem priuilegium datũ ad
inſtar alterius reguletur ab illo: & quid, ſi illud limitare-
tur, an intelligatur limitatum? Hæc, & alia vide oĩno per
Abb. in c. ſup ſpecula. ne cle. vel mon. dum allegat gl. in
cle. dudum. in ver. confeſſionem. de ſepul. & Bal. in l. oĩa.
C. de ſacroſan. eccle. Old. conſ. 300. Factum tale eſt. cum
concor. Et dicit Abb. poſt alios in ca. inter dilectos. de fi.
inſtru. ꝙ conceſſio, quæ ſit non certa, ſed cum clauſula
ad inſtar priuilegij aliàs conceſſi, nihil prodeſt niſi alia
conceſſio appareat. Et idem ſi eſt dictio, Iuxta, vel Pro-
ut: tunc. n. ſtant talia condõnaliter. Et dicit gl. fi. in fi. c. 1.
de fi. inſtru. ꝙ commiſſio facta iudicibus, vt procedant
iuxta, vel ſ̃m formam priorum literarum, nihil operat̃,
ſi primæ literæ non apparent. Facit ca. quia intentionis.
de priui. & c. cùm dilecta. de confir. vti. vel inuti. vbi in-
nouatio priuilegij non tribuit nouum ius, ſi de innoua-
to non apparet, etiamſi innouatio fuit facta ab habente
ptãtem de nouo concedendi, ſ̃m Abb. in c. ex parte. j. in
vlti. no. de priui. Et dicit Pet. de Ancha. conſi. mihi 184.
Viſis conſilijs. ꝙ ſi conceduntur literæ reuocãtes literas,
quæ reuocabant alias literas, per hoc non datur nouum
robur illis reualidatis, ſi aliàs erant nullæ, ſed ſolum tol-
litur obſtaculum, ſi quod eis aſſerebant literę vltimò re-
14 uocatæ. ¶ Et † ꝙ diſpoſitio facta ad inſtar alterius nihil
valeat eo non apparente, vel data inualiditate eius, ad
qđ fit relatio, vide Car. conſi. 119. Mõnaſteriũ S. Iuliani.
& quod no. gl. pe. in c. ſi Romanorum. 19. diſt. & in ca. vt
verum. 9. diſtin. glo. & Ange. in l. ſi donatio. C. de dona.
Domi. in c. j. in prin. de ſen. excommu. in 6. Per. de Anch.
in cle. j. de proba. Archi. & Domini. in ca. præſentium. 7.
q. j. & quod dixi infra in iſto ca. ad fi. verſi. literæ inſertæ.
* ĩ. eodem. gl. & omnes * in cap. pe. de confir. vti. vel inuti.
Archi. c. in ſynodo. 63. diſt. Secus ſi fit ſpecifica & certa
mentio eius, ad quod fit relatio ab habente poteſtatem
de nouo concedendi, vt eſt dictum poſt Bar. in d. l. admo
nendi. cum concor. datis ibi per Alex. & Bal. in l. vnica,
verſi. in oĩbus. C. de cadu. tollẽ. benè faciunt plenè nota.
per Bar. & alios in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. &
quod no. Bal. in l. inciuile. in fi. ff. de ll. & Alex. conſ. 45.
Viſis & accuratè &c. Quæ omnia licèt ſint dilatabilia,
gusta

gusta, diligenter, cũ seruiant ad intellectum clausulæ, Si
ita est: vel, Si preces &c. quibus verbis æquipollent prædicta, scilicet Iuxta, Prout. ¶ Dixit ẽt circa p̃dicta Aegi.
Belle. decis. 176. Auditor. quod ista clausula, Si reperçris,
æquipollet isti, Si tibi cõstiterit, quæ requirit citationẽ.
Gl. in cle. præsenti. in verbo, cõstiterit. de censi. & in cle.
2. ꝭ. in eodẽ ver. de pœ. & Rot. hoc titu. 15. in antiquis. Et
dicit Car. consi. 98. Papa innuit. quod ẽt in rescriptis datis motu proprio debet intelligi clausula, Si preces &c.
maximè, qñ causę mouentes Papã sunt tales, quibus cessantibus de iure cõi dispositio nõ teneret. Dixit ꝭ. eod.
ad aures. ĩ 5. cõclusione. Et dixit Car. ĩ c. fi. de præsumpt.
quòd cũ in scriptis subintelligatur clausula, Si preces,
illud subintellectũ est loco causæ. Et iõ sicut causa adiecta impedit effectum, si est falsa. l. demonstratio. §. j. ff. de
cõdi. & demonst. c. quia circa de consang. & affinitate.
15 ita & istud. ¶ Et no. quòd † ista conditio, Si preces, non
dicitur cõditionare substantiam rescripti, sed exercitiũ:
& habet hunc sensum, quòd inuita parte vel opponẽte
procedi valeat, Si preces &c. But. ꝭ. eod. super literis. ibi,
Canonistæ dicunt. Et nõ est absurdũ, ꝙ in rescriptis apponãtur affirmatiuæ, vel negatiuæ cõditiones, quæ subintelliguntur. Io. And. ꝭ. eo. mandatũ. super gl. 2. & de sepul. certificari. q. 2. Et ibi dicit, ꝙ exprimere qualitates
subintellectas nihil operatur. Alleg. istum tex. in quo vide Abb. ꝭ. eo. cũ dilecto. ubi dicetur. Ista adde ad Vitalẽ
in libro De clausulis, in versic. clausula, Si preces qđ est
fol. 9. Et ad s̃. dicta de clausula, Ad instar, vel Prout, Secũdum &c. uide, quæ soleo ponere in d. c. qm̃. de offi. deleg. & in d. ca. inter dilectos, de fi. instru. post Bellencinũ
ibi, in 24. no. qui multa ponit, licèt supra sint cõmemorata plura ualde, quã in dictis locis. Aliquid per Firm.
in repert. in uerbo, Prout, & de dictione, Sicut a, latè Lud. cõsi. 328. pręsens
consultatio.

a Sicut. De hac dictione vide etiam do. Soc. suo consil. 252. inc. quoniam in pręsenti consultatione. uersi. secũdò, quia dicit. cum versi. seq. 2. parte Bar. ĩ cons. testator legauit etc. et Bal. & Doc. in l. edita C. de eden. & Bal. in Margar. in uerbo, verbum. versi. 2.

16 STYLVS Curiæ † facit, ꝙ præsumitur ꝯtra rescriptum, vel priuilegiũ
deuians ab eo: ideo cõmissarius potest
supersedere. Abb. hìc per istum tex. cũ
gl. fi. Idẽ Abb. in c. ex parte. lo. j. in fi. de
offic. dele. & in c. cũ instantia. prope fi.
de censi. facit c. ex parte. de capel. mo.
Et ista p̃sumptio falsitatis est sufficiẽs
ad condemnãdũ de falso quò ad pœnã criminalẽ, c. porrecta. de confir. uti.
vel inuti. & ibi Bu. 2. no. & Ni. Myl. in
Repertorio, fol. 260. §. rescriptum Apostolicum. Et idem dixit Cal. hoc ti. cõsi. 8. ad fi. ꝙ stylus curiæ habet, ut in defectu ætatis dicatr̃,
Tecum super dicto defectu de vberioris gratiæ dono dispensamus: ideo omissio talis styli reddit gratiã nullã, ẽt
si de ætate fiat mentio enunciatiua, quod non affirmo,
propter dictum Card. de quo ver. dixit etiam Lapus alle. 33. inci. de stylo. ꝙ factum oraculo uiuæ vocis Papæ
valet, qñ de hoc constat ſm stylum curię. Allegatur Io.
An. de app. constitutus & sequitur Ant. in c. excommu
17 nicamus. §. quia verò. in fi. de hęre. ¶ Et † ista procedũt
ẽt in libello formato ꝯ̃ stylum & consuetudinem quia
põt à iudice reijci. Ang. ĩ l. j. ff. de offi. asses. Allegat gl. in
l. de quibus. ff. de legi. in ver. inueterata. ibi respondeo, si
is. Similiter dixit Bal. ĩ rub. C. de emen. Iust. codi. in fi. qđ
nedum in instrumento sit comparatio literarum, sed ẽt
styli. facit c. licet. §. pe. ibi, in modo dictaminis, cum gl. ĩ
ver. scripturæ. de cri. fal. Similiter narrat Plutarchus de
Pyrrho rege Epirotarum, ꝙ propter styli inęqualitatẽ
statim perpendit falsitatem literarum, quas ei trãsmitti
curauit Lysimachus, tanquã à Ptolomęo rege scriptas
nõ. n. scriptũ erat, ut ꝯsueuerat, Pater filio salutem: sed,
Ptolomęus tex, Pyrrho regi salutẽ. Similiter dixit Ang.
in l. fi. C. de cano. largi. titu. lib. 10. quòd excusatur non
comparens, qñ citatio habebat verba non ꝯsueta: putà,
cu de stylo diceretur, Sub pœna decem librarũ, in ea diceretur, Sub pœna ęris & personę. Idẽ dicit de bulla insolita. Et iõ dixit gl. j. in l. si quis sub ꝯditione. quę est lex
7. ff. de ꝯdi. inst. quòd clausula insolita inducit pręsumptionẽ latẽtis fraudis. Et eã extollit Bal. post Bar. & Ang.
in fi. & Bal. s̃. eo. in rub. ĩ prin. & ĩ c. tertio loco. de proba.
& in l. cũ đ ꝯsuetudine. & ĩ l. nã ad ea. ff. de legi. & in l. ẽt.
C. de execu. rei iud. & pulchrè in addi. Spe. de arb. ver. nimia cautela. & ĩ c. j. ad fi. prin. ibi, & ꝯclude, ꝙ alteratio.
de feu. dato ĩ uic. l. commiss. & Cepo. in li. de simulationibus, uer. 9. pręsumptio. & Imo. in c. ad nostrã. de emp. &
ven. Similiter ẽt dicunt But. & Abb. in c. ꝙ super his. de
fi. instru. ꝙ literę ꝯ̃ stylum curię sunt suspectæ de falso,
ꝑ tex. ibi, & đ prębẽd. cũ teneamur. & ꝭ. eo. si qñ. & in l.
Labeo. ff. de sta. lib. ibi, morem agẽtium seq debeamus.
Et vult regula cancellarię 25. inc. Itẽ voluit, statuit & ordinauit, ꝙ rescripta & cõmissiões ꝯ̃ tenores & formas
consuetas remittantur ad cancellariam Papę ad instantiam eorum, quorum interest. Et dicunt Bal. & Pau. de
Cas. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offic. ꝙ Vrbanus Papa respondit ambasiatoribus Perusinis, ꝙ non poterat
3 Habuimus duos. Primus est, etiãsi † fit mẽtio de promotis:qa non veniũt non ꝯsecrati.Tex.hic.¶Secũdus modus,etiamsi fiat mẽtio de pontifice.Gl. in cle. dignum , & in cle.j.de pœnis.¶Tertiò extende etiã ad alios, quibus hodie prouidet Papa,pronunciando eos episcopos qui ante consecrationẽ, vocantur electi. Abb.hic, & in d.c.tua.Differũt tñ ab alijs electis:qa nõ indigẽt alia cõfirmatione, & iõ administrare possunt,non obstante c. auaritię,de elect.in 6. qa illa prouisio Apostolica habet, vim confirmationis. Et idẽ in omni electo à confirmatore.Inn. in c.cùm olim.in prin.de causa poſ. Abb.hic, & in dictis locis.Adde gl.3.in c.j.de ele.in 6.& ibi Dom. & gl.2.eo. ti.vt circa. & ibi Dom.& Imo. in c. auditis. 3. col.& quasi ad finem, de elect. Et ideo contra tales non proponuntur defectus ꝑ viam exceptionis, sicut contra electos,iuxta c.super his. de accuſ. sed simpliciter directa accusatio.Ana.in c.accedẽs, de accuſ. per illum tex. Et hinc est,ꝙ assumptus in canonicũ nõ in via electiõis, sed prouisionis, potest exercere spectantia ad ius canoniæ,absque alia confirmatione,vel installatione. Imo.ĩ c.cũ M.ibi,& pro eo,quod dixi.ſ̃. ti.prox. pro quo vide Innoc.idẽ tenentẽ formaliter in c. constitutus.lo 2.ibi, & ĩ isto casu male fecit eps.de appel.Et dicit Bal.ĩ l.Barbarius.ff.de offic. præto. in lectu. nõ in repet. ꝙ prouisio est nomen plurib.adaptabile.Nam quandoque sapit electionẽ,qñq; confirmationẽ,qñq;vtrũque simul a. Et subdit, ꝙ ille dicit̃ ꝓuisus,cui est prouisum cũ effectu: qa hoc verbũ, Prouideat̃, habet plenũ significatũ.Alleg.Inno.in c.in literis, de offi. dele.Et adde Rot.de cõceſ. præben.15. in nouis,ubi firmat Rota,& collector, ꝙ verbalis inductio in possessionem facta ab habente potestatem prouidendi & inducendi, operatur vtrunque . Et idem in actuali, ſm Rot. Sed collectaneus cõtrà.Tamen pro Ro. ẽt in actua li inductione latè consuluit Lud. conſi.337.Quo ad primum.Sed caue:qa isti prouisi,licèt sint veri prælati,Bal. in l. humanum.in fi. C. de legi. tñ in suis ecclesiis nõ debent recipi , nec de eis quoquo modo se impedire, nisi ostensis capitulo, vel collegio literis ꝓuisionis, per quas non efficiuntur prælati, cùm sint, sed probatur eos esse. Ita declarat Abb.in c. nosti.de ele. dicens esse quãdã extrauag. Voluit allegare extraua.Bonifacij VIII.iniũctę. de qua ipse meminit ĩ.eo.in nostra.ad fi. Vide,q̃ ibi dicẽtur,& quæ dixi ſ̃.ti.proxi.in rub.& Abb.in c.qualiter. in j.no. de elec.& gl. in uer. uacante , in cle.j. de hære.& ibi Abb.& est dicta extrauag.glossata post tractatum Fran. Paui. De visitat.fol.83. In qua memento, ꝙ constitutio, quæ in dies fit in curia de expediendis literis beneficialibus infra certũ tempus, nõ intelligitur de literis episcoporũ ꝓmotorũ.Lud.ꝯſ.340. Circa primũ. ¶Quartò ex-
4 tende prædicta ẽt ad rectorẽ studij: quia † non dr̃ rector ante ꝯfirmationẽ,sed electus. Bal.in authen. habita.ibi, & primò quæro, vtrũ rector electus. C.ne fil. pro pat. ꝑꝑ gl. ord.in l.priuatorum. C.de iu.om.iudi.Et non dẽt administrare donec iurauerit in manibus eligentium:qa licèt prius recipiat ptãtem , non tñ recipit potestatis executionem. All.no. in Authen.de his, qui admi.reci.in rubro & nigro.¶Limita,nisi esset statutum,vel ꝯsuetudo, ꝙ eo ipso,ꝙ electus ẽ, habeat̃ ꝓ rectore:qa tũc nõ est necessaria ꝯfirmatio, nisi essent duo in discordia electi, qa tũc adeundus est superior necessariò . Et sequit̃ Abb. in dispu.Gandulphum.ibi,an aũt electus.dicensBar.in l.ex eo. ff.de mil.test.& Inn.in c. cùm ab ecclesiarum.de offi. ord. sentire, qđ est dictum, scilicet ꝙ est necessaria ꝯfirmatio.Hoc aũt de ꝯsuetudine admittit Abb.in casu isto & simili, vbi tractat̃ solum de pręiudicio ipsorum priuatorũ:secus in collegijs ecclesiarũ, vel monasteriorũ, per c.cum venerabilis.ĩ.ti. proxi. Ne cõtingeret indignũ ꝓfici cũ dispẽdio ecclesiarũ,ideo ꝯsuetudo grauosa ecclæ. nõ valet,c.j.ĩ.ti.proxi.ſcđm eũ.Cõsidera,qđ si rector eligeretur, vel mãdaretur eligi ab eis qui habẽt cũ ꝯfirmare, tũc non indiget alia ꝯfirmatione, per id, qđ est dictũ proxima extensione de prouisione habẽte inclusam cõfirmationem uirtualiter. Et licèt prouisus non appellet adhuc eps: qa restat consecratio, tamen talis appellabit̃ rector, cum in eo non cadat consecratio . Illud autẽ de iuramento non seruatur, secundum Abb.in d.dispu ta.

RESTRINGVNTVR Quinque modis prædi-
5 cta. Primo, † dũmodò subiecta materia ꝯcernat exercitiũ,vel decorẽ episcopalis ordinis: secus, si simpliciter ꝯcerneret iurisdõnem : quia cum ista cadat in electo ꝯfirmato,c.transmissam.cũ gl.de elec.dispositio loquens in tali materia de episcopo, verificatur in confirmato tñ. Ita Io.And. in c.cùm ex eo. ibi, & per id idem dicẽdum in electo.de elec.in 6.volens,ꝙ licentiam,de qua ibi,potest dare confirmatus,licèt nondum sit episcopus.Adducit glo. quartam ibi,& idem puto.in clemen.j.de reſcri. & glo.5.in d. clemen.j. de foro compe. & refert ibi Domi.& sic videtur Io.And. declarasse gl. suas in dictis locis,licèt hãc declarationẽ attribuat sibi Abb. ĩ d. cle.j.&

a Simul. *Quod prouisionis verbum sit latissimum, ad de per Cardina. in clemen. plerisque. in prin. 16. q. et in clemen. causam. 4. q. de electio. & melius in clemen. 1. de præben.*

And.

And. Sic. hic nullũ istorũ allegãs. Addatis Rotã, de offi. dele. vlt. in nouis; & de rescr. 14 in antiquis, & Aegidiũ Belle. ꝯclus. 262. mandatũ. vbi dicũt, ꝙ ꝯfirmatus usu potest adimplere mandatũ factum prædecessori sub nomine dignitatis; q̃a non est materia ꝯcernens ꝓpriè decorẽ dignitatis, sed iurisdictionis. Fortius probat gl. 2. de foro cõp. verũ. ꝙ etiãsi in tali materia fieret mẽtio de ẽpo cõsecrato, nõ excluderet ꝯfirmatus. Et dicit Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. ibi, & ita puto, ꝙ ubi ẽpi pñt dispẽsare, potest ẽt dispensare confirmatus tm̃. All. Innoc. in c. suffraganeis. de elect. Similiter dicit beatus Tho. in 4. sent. dist. 20. q. j. art. 4. vers. ad secundã. quod cõfirmatus tm̃ potest dare indulgentias: quia hoc competit ratione iurisdictionis. Sequitur Abb. in d. c. suffraganeis. & Bu & Abb. in d. c. accedẽtibus. de exces. præla. & Cal. in repe. c. nr̃o. de poe. & remis. & Pet. de Anc. in cle. abusionibus. de poen. & remis. & in regula, ea q̃. 2. oppo. & in regula, peccatũ 3. oppo. de regu. iu. in 6. & alij de q; bus diffusè per Ia. de Zochis, in repe. c. omnis vtriusque. fol. paruo 94. ibi, sed quæro, quid de electo in episcopum de poe. & remis. Benè facit gl. 16. q. j. adijcimus. dicens, ꝙ subdiaconus beneficiatus põt in ecclesia sua prædicare, quia non prędicat rõne ordinis, sed ratione prælationis. Similiter dicit gl. in cle. j. in verbo, presbyteri, de priui. ꝙ assumptus ad curatã ecclesiã nondũ sacerdos, põt dare licentiã, de qua ibi, quia non ꝯcernit ordinẽ. Pro hoc facit ẽt: quia licèt ante receptũ palliũ non dicatur quis archiepiscopus, d. nisi. de autho. & vsu pal. tñ post confirmationem põt præcipere suffraganeis, vt consecrent electũ, qđ ipse facere nõ posset: quia ꝯsecratio est ab ordine, præceptũ à iurisdictione. d. c. suffraganeis. Facit ẽt ad cõsi. Old. 194. Factũ tale est, supposito. dicẽs, quod nõ põt dici ecclesia vacare, quę habet ẽpm confirmatũ, vel pro confirmato habitũ: & quod obuẽtiones debitæ archidiacono ex cõsuetudine vacarẽ sede episcopali, nõ debeant electo ẽpo & cõfirmato dũtaxat, Adde ẽt, ꝙ nõ cõsecratus potest dici ꝑlatus, licèt non ẽps, Abb. in c. tã literis. in antepen. no. de testi. per illũ tex. in verbo, à prælatione. ¶ Nouissimè aũt excipiatur vnus casus ab ista restrictione, vcʒ quãdo sumus in materia odiosa & valde exorbitanti, in qua verba debent capi propriè: quia tunc appellatione ẽpi, etiamsi agatur de exercenda iurisdictione, intelligit̃ solũ de cõsecrato. Ita amplissimè disputãdo firmat do. Maria de Senis, in dispu. quæ incipit, à sacrosanctæ, & est tertia in ordine: decidẽs, ꝙ si Papa concedit ẽpo Senẽsi, ut possit punire exemptos criminosos notoriè Senensis territorij, electus & ꝯfirmatus non põt punire exemptos territorij Senensis, alienæ tñ dioecesis; quia respectu istorũ materia est exorbitans. Iõ verbũ, Episcopo, debet intelligi de illo, que iura appellant ẽpm. & sic de ꝯsecrato. Respondet ad gl. in d. c. verum. & in d. cle. j. de foro comp. quod loquuntur in materia, in qua est per omnia eadem ratio in confirmato, quæ in consecrato. Ideo nõ dicitur fieri extẽsio. Potest etiam dici, quod gl. in c. verũ, non sit vera. & capitur ibi verbũ, Consecratus, non propriè, sed large. Dicitur. n. ꝯsecratus ecclesiæ, cum sit deputatus ad eius obsequium sicut res inanimata dicitur consecrata Deo quãdo dedicatur ecclesiæ, 12. q. 2. non liceat. Et alia plura inducit nihil allegans in terminis. ¶ Pro ista conclusione, quæ posset multum conferre, addatis Imo. in cle. 2. ibi, demum querit gl. de rescr. vbi post Bu. reprobat gl. 4. ibi, motus; quia illa cle. tãquã exorbitãs à regula c. statutũ. de rescr. in 6. non est extẽdenda extra vim vocabuli. Ita in proposito si diceres, non est extra vim vocabuli, cũ in talibus appellatione ẽpi veniat confirmatus, vt s̃. Respõdetur, hoc esse verũ in iurisdictione exercẽda iure communi. secus, si iure speciali, vel exorbitanti, quale est istud ꝑꝑ violationẽ alterius dioecesis, cui suspensa exẽptione fit iniuria puniẽdo sibi subditos. Facit l. eius militis. §. militia missus. ff. de mili. test. cũ his q̃ dixi in c. j. s̃. eo. circa restrictionem priuilegiorũ, quę tertio præiudicãt. Et sufficit, quod etiã in confirmato tantùm possit hoc priuilegiũ aliquid operari, vt statim dicetur. Preterea electus & cõfirmatus fingitur episcopus, quo ad iurisdictionalia. Car. post Zenzel. in cle. j. 6. q. de poenis, per d. c. 2. de trãsla. ꝑlato. Modo in materia exorbitanti regulariter non venit casus fictus, Bar. in l. 3. § hæc verba. ff. de neg. gest. Et hęc adde dictæ disputationi, per quæ remanet falsa gl. in dicta cle. 2. de rescri s̃. alle. ¶ Subdit tñ latè Maria. ubi s̃. & in ca. ad abolendã. de hære. ꝙ dictus electus Senẽsis poterit procedere contra exẽptos, qui sunt in sua dioecesi; quia materia nõ est exorbitans. & cùm noceat soli concedẽti, fit lata interpretatio, attẽto ꝙ res de facili reuertit̃ ad statũ primeuũ. 35. dist. ab exordio. l. si vnus, §. pactus. ff. de pac. dixi s̃. titu. proxi. cũ accessissent. & c. cùm oẽs. Et ista signa, tanquam noua, & quę te facient

Digito monstrari, & dicier, Hic est.

6 ¶ Secundo restringũtur prædicta, vt † non procedãt hodie in Papa; quia ipse ẽt ante coronationẽ est ẽps; & seruus seruorũ Dei, & non appellat̃ electus, sed Papa. Cõtrariũ dicẽs incurrit Papalẽ excõicationẽ, vt vult extraua. Clemẽtis VI. quia nonnulli, fol. impressarũ 112. de qua stupet gl. ibi nouiter facta; quia de stylo curiæ ẽt moderno ante palliationẽ & coronationẽ non exprimit Papa nomẽ suũ in bulla, sed dimidia bulla vtitur, & appellat se electũ. Ideo de illa ꝯstitutione iudicet Apollo, ſm gl. Et hoc mõ declaratur opi. gl. in d. proœ. Clemẽtinarũ, & in data Sexti; & ibi Io. in Mercu. paulo post prin. facit mentionẽ d. extrauagantis. ¶ Tertiò restringuntur ꝑdicta in abbate; quia † ante benedictionẽ appellat̃ abbas.

7 Oldra. consi. 14. allegat c. 1. de sup. negli. ꝑlato. & c. quoniam. 69. dist. & reprehendit Host. qui tenuit ꝯ̃rium, de æta. & qua tuam. & de re iudi. inter monasteriũ. Et licèt possit per exceptionem resisti, ne benedicatur, c. memi nimus. de accus. tñ non excipit̃, q̃a non sit abbas. Et iõ ꝑ electionẽ acceptatã vacãt eius beneficia, licèt ĩ ẽpo non vacent ante consecrationẽ, c. cũ in cũctis. de elec. Et idẽ firmãt Io. An. But. & Car. in d. c. inter. licèt Arc. dubitet, 12. q. 2. alienationes. super gl. 1. q̃a aliq̃n appellat̃ electus. d. c. iter, sed non sequit̃, ꝙ non sit abbas, ſm Old. ¶ Rationem dr̃iæ inter ẽpm & abbatem ponit Ana. in d. c. meminimus. in fi. q̃a consecratio confert ordinem in ẽpo. glo. in proę. 6. Ideo adhuc restat, quod est magis dignũ. Non sic in benedictione, ſm eum. Pro quo vide Car. in cle. attendẽtes. §. statuimus. q. 5. & seq. de sta. mo. vbi dicit, ꝙ abbas ẽt sine benedictione p̃t ea, q̃ sunt officij, d. c. j. de sup. negli. ꝑla. Et benedictio potius est de solẽnitate, & ad bñ esse, q̃ de substãtia; & ante benedictionẽ p̃t vti pastorali baculo, ut ibi ꝑ eum, & ẽt Imo. tenentes hanc restrictionem post Gul. & Zenze. ibi ꝯ̃ Host. in d. c. tuam. & in d. c. inter. Et idem pulchrè Abb. ibi, & in c. quãdo. de of. ord. ubi ẽt tenet r̃lam s̃. positã de ẽpo. Et istã restrictionẽ licèt æquiuocet, allegãdo ꝓ ea Host. in d. ca. inter. Et eadẽ dicas de abbatissa, ꝑꝑ gl. d. cle. attẽdẽtes. in verbo, benedicti. Reliqua de ista benedictione dixi ĩ d. c. ĩter, post Ab. ibi in fi. ¶ Quartò restringunt̃, seu declarantur allegata

8 in r̃la, Nisi † fortè esset electus & ꝯfirmatus in ẽpm aliq̃s abbas; q̃a licèt ẽt iste appellet̃ electus, tamen differt ab alijs; q̃a potest aliqua, q̃ sunt ordinis, q̃ non posset alius. Ita puto inferri posse ex no. decisione Domi. in c. is, cui. ibi, uidi dubitari. de electione, in 6. ubi dicit, se respondisse in facto, ꝙ abbas datus administrator ecclesiæ cathedrali uacanti, potest ꝯferre subditis illius ecclesiæ illos ordines, quos abbates conferre possunt subditis suis; de quibus in capitu. cùm contingat. de æta. & qualita. & in d. cap. quoniam. 69. distin. Quia hoc habet ex sua propria uirtute. Non posset autem prius istos ordinare ex defectu iurisdictionis, non autem ex defectu, quo ad habitum potestatis. Patet in capitu. abbates. in fi. de priuile. in 6. Cum ergo datio administrationis tribuat sibi iurisdictionem, concurrit utraque potestas requisita ad collationem ordinum. Non obst. ille tex. dicens, quòd si administrator non est episcopus, faciat per episcopũ adimpleri concernentia ministerium consecrationis: quia dicit de episcopo, tãquã interrogatus legislator de persona, quę posset oĩa concernentia consecrationem. Non negat de alio, qui posset exercere partem de illis,

ut est abbas. Ita in proposito: si abbas electus esset, posset ante consecrationem ea pauca, quæ pōt vt abbas, quo ad ordines, in subditis episcopatus. Eadē ratione videret idē in ep̄o ad aliū ep̄atū translato, ꝙ possit ea quæ sunt ordinis: & veniat appellatione ep̄i post confirmationē: quia cōsecratio nō reiteratᷓ. Gl. maior in ca. prouida. de ele. in 6. & glo. antep. in c. post translationē. de renun. & dicetur ti. proxi. quāto. Et dicitur trāslatus post ꝯfirmationē & possessionē adeptā, quo ad dationē beneficiorū, quæ habet gl. j. in c. si quis iam translatus. 21. q. 2. Facit gl. fi. in prin. in c. si tibi cōcessio, de præben. in 6. latè Lud. consi. 356. & Ioan. And. in regula, quod ob gratiā, in Mercu. Cal. de trāsla. p̄la. cōs. j. Abb. consi. 309. Factū, super quo consiliū petiᷓ. Dubito magis de archiepiscopo translato ad aliū ep̄atum: quia requiritur noua palliatio, c. bonæ. el 2. in fi. de postu. p̄la. Ergo ante secūdā palliationē dicitur adhuc electus. c. nisi. de auth. & vsu pal. Tñ fortè posset ea, quæ sunt ordinis, rōne consecrationis, quæ non reiteratur. Sed nō dicetur archiepiscopus ante palliationē. Cogita: quia nullū ex p̄dictis reperies tactū. ¶ Quinto restringunᷓ p̄dicta, in qbusdā supremis magistratibus tēporalibus, putà ꝯsulatus, in quibus ex electione acquiritur dignitas absque alia confirmatione. Bar. in l. j. §. diuus. ibi, quæro, quid si stat per electū, ff. de var. & extraor. cog. dicēs, ꝙ pōtas & capitaneus, qui hodie assumunᷓ, tenēt locū maiorū, & cōsequunᷓ dignitatē à die electionis sibi præsentatæ. Facit l. ex eo. & ibi gl. & Bar. ff. de mil. test. & l. fi. C. de decu. lib. x. & l. Publius, in prin. ff. de condi. & demō. & ibi Bar. aliquid do. meus de Are. in c. fi. de iudi. ¶ Sed caue: quia istud procedit in supremis dignitatibus, de quibus in dictis iuribus, non in alijs etiam potestatibus, vel capitaneis, Imo. in c. propter sterilitatē, de loca. Et Alex. post Bar. in l. diē functo. ibi, iuxta prædicta. ff. de offic. asses. quia hodie multoties præsentantur talium electiones etiam ante finitū tēpus prædecessoris. Vñ nō est possibile dicere, ꝙ sit tūc collata dignitas: quia esset in duobus eodē tp̄e. Et in hoc ipsi latius insistūt ꝑ illud dubiū maximū, vtrū salariū debeatᷓ eis, vel hæredibus, si post electionē morte, vel alio impedimento prohibeatur magistratū exercere; de quo dic, vt in dictis locis. ¶ Cōsidera: quod aliquę sunt dignitates ēt supremæ, quę cōfirmationē requirūt, sicut imperiū rectoratus. & similia, & in istis sequere prædicta. Aliquę nō requirūt cōfirmationē, sed fiūt ab electorib. quorū electio est potius prouisio: & tūc si fiat ad magistratū nōdū vacantē, procedēt proxime dicta: si verò vacat, vr̄ ꝙ dicanᷓ magistratū adepti, quia cessat dicta ratio officij nō vacantis, & nō exigiᷓ confirmatio. Tñ cogita. Et ex istis habes hāc materiā clariùs, quàm alibi, de quā ēt per do. meū Bart. Belle. de Mutina, in c. tua. de his, quæ fiunt à p̄la. ubi allegat ea, quæ ponit hic And. Sic. s̄. relatus cū quibus cōcor. Abb. de ele. transmissā. in ti. Sed errat allegādo gl. in cle. j. de baptis. Vult dicere in cle 2. de cele. miss. q̄ pręcedit. ¶ In quantū But. Dom. & Abb. dn̄t per istū tex. ꝙ appellatione bis allegat hic Abb. Vide eundē in salutatione Gregoriana, ubi posui istā materiā, & inuenies generaliter, qñ appellatiōe collegij veniat caput: & inter alia, ꝙ appellatione capituli nō venit prępositus & decanus, & simles, ut per Domi. in c. fi. de præb. in 6. per tex. hic, ibi, decano & ecclesiæ. & tales non habent vocem, vt per Inn. in c. 2. de insti. & Abb. de re iud. cùm olim, nisi ꝯsuetudo aliud dictet. Satis dixi in d. proęmio.

9 INTER MANDATVM. Et † p̄ceptū videamus breuiter quinque nouas differentias, ꝑ ea quę scribunt hic Doc. per istū tex. Et primò præsuppōne verba Pau. de Cast. in l. j. §. j. ff. quod iussu. ꝙ mādatū directū ad illū, qui est in potestate nostra, habet uim iussus, quibuscunque verbis dn̄s, vel pater loquantur: sed mandatum propriè cadit in eo, qui nō est subiectus potestati alterius. l. atqui natura. §. si liber homo. ff. de neg. gest. ubi si mādo homini libero, qui mihi bona fide seruit, nō cadit ibi actio mādati; quia quasi ex seruili ꝯditione tenebatur obedire, sed cadit actio nego gest & sic mādatū ꝓpriè dirigiᷓ ad nō subiectū, p̄ceptū verò ad subiectum. Et hoc in contractibus. Et ita intellige Bar. in l. sępe. ff. de of. p̄s. dum dicit, ꝙ in cōtractib. Mando, Iubeo, vel Pręcipio, non necessitant, per l. j. ff. man. quia intelligitur, qñ nō dirigitur subiecto. Et dicit Car. in cle j. in 6. nota. de iudic. ꝙ mādatū & iussus aliqñ capiunᷓ pro eodē, per illū tex. Et dicit Laurē. Vallen. sua elegātia 370. ꝙ mādata dicunᷓ propriè commissiones, & fiunt ēt per filiū patri; sed p̄cepta pertinēt ad magistratus. Et ꝙ Iubeo, sępe poniᷓ ꝓ exhortatione. Allegat multa exempla, & ipsum abbreuiat Iunianus in suo Reper. in verbo, edicere. Et vide eundē in verbo, Pręcipere, ubi dicit, ꝙ aliqñ importat Præuenire, ut apud Verg. in 11.

Exultat animis, & spe iam præcipit hostē.

Et in 6.

Omnia præcepi, atque aīo mecum antè peregi.

Allegat Noniū Marcel. Dicit ēt Brix. in verbo Delegatus, ꝙ differt Mādare & Delegare, nam Mandare concernit plures causas, Delegare vnam. Allegat gl. in l. j. § q̄ mandatū. ff. de off. eius, cui mād. est iurisdic. Itē per verbū Mādo, fit delegatio, l. cognitio. ff. de offi. eius, cui māda. & l. 2. ff. de iurisdic. ſm eum. ¶ Sed in iure differūt, Mādo & Præcipio, his modis. Prima differentia. Mandatū † expirat morte mandatarij, vel mandantis b, c. gratū, iūcto c. quoniā. de offic. deleg. distinguēdo, vt ibi, Præceptū verò nūquā, gl. j. in c. dudū. 18. q. 2. Spec. & Io. And. de dele. §. restat. ver. item mortuo mādatore. Alle. Io. An. glo. in d. c. dudū, & in c. quod præcipiᷓ. 14. q. j. q̄ mouēᷓ per tex. in §. & hoc verò iubemus. in Auth. vt nulli iudi. De cuius intellectu vide Ioan. And. in d. c. qm̄. ubi vr̄ ītelligere dictas gl. qñ pręcipitur actus nudi ministerij, non qñ exigit causæ cognitionem: qa tunc mortuo mandante, distinguetᷓ, an re integra mortuo mandatario. Et distinguetur, an sub nōie dignitatis. Ad idem vide oīno Car. in cle. fi. in j. quæst. de procu. ubi post Paul. accuratè insistit super ista expiratione per mortē. Tādem dicit, ꝙ in rescriptis præceptū necessariò stringit, mandatum non sic. Sed quo ad finiēdam p̄tātem morte differunt in hoc, quia p̄ceptū cōiter fit in materia, in qua is, cui præcipitur, habebat potestatē. Vñ statim, cū p̄ceptū emanauit, habuit suū complementū, & iō indistinctè durat, qñcunque moriatur, ētsi non sit sub nōie dignitatis. Sed ubi est uerbum, Mando, distinguitur, ut s̄. ¶ Nō aperit, qd si p̄ciperetᷓ in materia, in qua quis non habebat p̄tātem, licèt hoc non soleat fieri; tunc crederem, quod facit illum delegatum propter quartam differentiam, de qua j̄. non quidē simpliciter, quo ad omnia, sed quo ad cognoscendā potestatē & naturā actus, non quantum ad expirationem ꝓ mortem, per c. si super gratia, de offi. dele. in 6. & dicetur j̄. Et adde Imo. in l. qui in aliena. §. is putat. ff. de acqui. hære. ubi dixit per illū tex. quòd sicut mandatū expirat morte mādantis, l. mandatum. C. man. sic etiam iussus morte iubentis c. Qđ dicit notabile ad intellectum ti. quod iussu. Et intellige in cōtractib. sed in rescriptis tene prædicta. Et adde Host. in c. tū ex literis. de resti. in integ. ubi dicit, quòd mortuo Papa nō expirat legatio, quā iniūxerat cardinali ultra mare in fauorem fidei. Et sequitur Ioan. An. ibi. & in addi. Spe. de lega. §. finitur. uers. sed pone de facto. ubi ēt Spe. refert fuisse in facto. Et istis adde Cal. de offi. dele. cōs. 4. ubi distinguit, quādo mādatū expiret re integra morte morientis. Et in primis verbis vr̄, ꝙ non ponat in hoc aliquam differentiam inter mandatum & præceptum. ¶ Secunda differen-

a Pro eodem. *Adde Alex. in d. l. sæpe. alleg. in tex. ff. de offi. præsi. & Barto. in l. 2. C. commu de leg. & Ludo. in l. 2. §. 1. de of. eius.*

b Vel mandantis. *Adde do. Soci. consi. 31. incipien. prosequendo ordinem. versicu. sextò probatur. in 1. parte Sed nunquid per mutationem status ipsius personæ mandātis? Dic, quòd sic. Et quibus modis & casibus, & an per mortem, et in quibus casibus, & in quibus non, vide plenè & no. per præfatum do. Soci. consi. 172. incip. multum abundè et eleganter. vers. tertium est quando. vsque ad ver. secunda difficultas. in 2. parte.*

c Iubentis. *Adde tex. in l. si per epistolam. & ibi Barto. & Docto. ff. de acquiren. hæredi.*

11 differentia, Commiſſio facta † per verbũ, Præcipio, operatur, ꝙ actus nõ põt per alium expediri: a ſecus, ſi per verbũ, Mando, ꝑ l.à iudice. C. de iud. Ita gl.2. in l.ſæpe audiui. ff. de offi. præſi. dicẽs ita ſeruare curiales dñi Papæ & dñi Imperatoris. Et ſequitur Bal.hic, & An.Sic.dicens eã approbari ꝑ Imo.in cle.ſæpe.de ver.ſigni. Sed caue: quia Imo. ibi, ver. ſed aduerte. dicit, ꝙ de iure nõ vr̃ vera iſta dr̃ia, per no.in l.j.§.j.ff. quod iuſſu. vbi iuſſus & mandatum non differunt, qñ dirigũtur ſubiecto Et per iſtã rationem idem tenebat Roſ. Beneuentanus, vt refert Car.in d.cle.fi. Nihilominus dicta dr̃ia cõiter approbatur. Et dicit Bar. in d.l. ſæpe. ꝙ illa gl. nõ reperitur alibi, & cũ ea tranſit ibi Ange. & pulchrè Bar. & Bal.in l.j.ibi, modò quęro. C.qũo & qñ iud. Et Bar.in l.2.in 1.no. C.cõia de le. & Lud.in le.j.§.2.ff.ſi quis ius di.nõ ob.

a Verbum Præcipio, &c. nõ poteſt ꝑ aliũ expediri. *Adde tu, ꝙ iſtud procedit ẽt, quando delegatio fit per verbum Iubemus: quod verbum importat neceſſitatem: tũc nõ poteſt fieri ſubdelegatio. Ita dicit gl.in d.l.ſæpe.ff.de of. p̃ſi.& ibi Bar. & Bal.& Imo.in cle.ſæpe.de verbo. ſigni.reputant ſingul.glo.illam.*

Negari non põt, quin gl.in d.l.ſæpe.ſit mirabilis, & multùm limitans l.à iudice. C. de iudi. vbi delegatus principis rł'r ſubdelegare põt: quia fallit in commiſſione facta per verbum, Præcipio, per prædicta. Ex quibus limitatur gl.11.q.3.rogo.cum concor.quas dixi.s̃.ti.proxi.nam cõcupiſcentiam. ꝙ qũocunq; ſuperior mandet inferiori, vr̃ præcipere. Sed nõ eſſet tutũ recedere à gl.in d.l.ſępe.quã totus mũdus approbat, ſ̃m Alexã.in l. & qa.ff.de iu.om. iud. q̃uis And.Sicu.ab ea recedat in c.qm̃.de offi. dele. ꝑ tex.hic in verbo, præceptũ dedimus & mandatũ. qui potiùs facit pro d.gl.intelligendo, ꝙ mandatũ monet, p̃ceptũ arctat: & ſic differunt. Adducit ẽt quædã alia nõ vrgentia. ¶ Tertia dr̃ia: quia pręceptum, vel iuſſio emanat ꝓpriè circa ea, q̃ incumbunt ex officio: mandatum verò non, ſ̃m Imo.in d.cle.fi.ibi, ſcd̃ò quæro.de procu. Vbi ẽt dicit poſt But. ꝙ licèt in actibus priuatorum non differant iuſſio & mandatũ, vt s̃.dixi, tñ in ſuperiore differũt, quo ad poteſtatem ſubdelegandi. Et extollit gl.in d.l.ſępe. Item differũt, vt in hac 3.dr̃ia: pro qua ĩducit l.fundi. §.item ſi amicus.ff.de acqui.poſſ.per quam Bar.& alij ibi limitant rł'am l.mandatum. C. man. vt nõ procedat, qñ iniungitur id, quod quis habebat facere: quia non expirat commiſſio morte eius. Vnde ſi iudex cõmiſit nuncio miſſionem in poſſeſſionem, non expirat ꝯmiſſio iudice mortuo, vel officio functo. Et idẽ Bar.in d.l.& qa.& alij, de quib. per Lud.& Alex.& Aret.in d.l. fundi. Et idẽ ſi nuncius moritur re integra: qa tranſit in ſucceſſorem. Ange.in §.& hoc verò.in Authen.vt nulli iud.ibi, & no. quia hic vr̃ caſus. Cum iſtis vide Bar. in d.l. & qa. ibi, declaro, vt ibi. vbi dicit, ꝙ vbi mandatum fit ei, q aliàs hẽt iuriſdõne in his, q̃ pertinent ad ſuum officium, dr̃ ꝓpriè iuſſus, non autem delegatio: quia ante ſibi competebat, etiamſi dicatur, Mãdamus. Ideo non expirat morte mãdantis, vt in 1.dr̃ia. Et idem Anto. & Bal.in d.l. & quia. per d.§.& hoc vero.& But.in d.c. qm̃. & Raph.in l.ſi per epiſtolam.ff.de acqui.hære.& in d.l.fundi. ¶ Conſidera, ꝙ licèt iſte nõ dicatur delegatus, quo ad expirationem, tñ actus ab eo fiendus dicetur factus authoritate mandãtis, qñ non eſt vſus verbis ſimpliciter excitantibus iuriſdictionem, ſed præceptiuis, vt in ſeq.differen. ¶ Quarta dr̃ia: quia vbi ſuperior cõmittit aliquid ordinario, quod priùs ad eum ſpectabat, non efficitur delegatus, c.graue. & c.licet.& ibi Docto. de offi.or. & ibi latè dixi. Tñ ſi fit per verbum, Præcipio, dicetur fieri actus authoritate pręcipientis, non ordinaria exequentis. Gl.in c.cùm aliquibus, in ver. concedimus facultatem. de reſcri.in 6.& ibi Domi.& ſentit glo.fi.in fi.c.hi, qui. de præben.in 6. & ibi Docto. Contrarium tenet Gul. de Cu. in d.l.ſæpe. quia cùm iudex teneretur miniſtrare iuſtitiã, exprimitur id, quod aliàs inerat, l.munerum.§.iudicãdi.ff.de mu.& ho. Ergo expreſſio nihil debet operari, l.4. ff. de lęga. 1. Reſpondet Alexan.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ad fi.ff.de verbo.obliga. ꝙ expreſſio fit aliter, q̃ inſit: quia vbi ſine expreſſione tenebatur cognoſcere per ſe vel per delegatũ, nunc ꝑꝑ verbum præceptum tenebitur cognoſcere per ſe, ꝑꝑ gl.in d.l. ſæpe. ¶ Conſidera duos caſus; aliquandò præcipitur id, quod ordinarius priùs poterat, & facere tenebatur, ſed non eo modo, quo fuit præceptum: & tunc conſonum eſt, ꝙ videatur fieri actus authoritate præcipientis. Ita loquuntur d. glo. quia ordinarius tenebatur conferre, ſed non illi, pro quo fuerat aſtrictus. Aliqñ, & ſecundo caſu, tenebat̃ aliquid facere, prout eſt pręceptũ, putà miniſtrare iuſtitiã in cã, & tunc fortè non dicet̃ delegatus aliquo reſpectu. Primò: qa Bar. & alij in d.l. & quia. dicunt, ꝙ talis iuſſio in materia oĩno cõpetente ordinario non eſt delegatio. Scd̃ò: qa reuera exprimitur, qd̃ ineſt. Si diceres, nõ põt ſubdelegare: rñdebitur, ꝙ materia, q̃ cõmittit̃, eſt cõmiſſa eo mõ, quo inerat, licèt exercitium commiſſionis ſit alteratũ: & ideo quælibet iſtarũ rationum infert, ꝙ nõ ſit delegatus, niſi in primo caſu. Cogitabis, qa non reperi iſtũ punctũ à ſucceſſorib. Alex. tactum. ¶ Quinta & vltima dr̃ia ponitur per Abb.hic, & clariùs per Archi.in c. qd̃ præcipitur. 14. q.j. vbi dicit, ꝙ mandatum eſt quoddam medium inter conſilium & p̃ceptum: qa eſt vltra conſilium, & citra præceptum. Mandatum.n.cogit, ſicut p̃ceptũ: & peccatur, ſi non adimpleatur: & in hoc differt à conſilio, & accedit ad præceptum: ſed pęna non infligitur, ante q̃ verbo præceptionis pręcipiatur & contẽnatur. Et in hoc differt à p̃cepto, ſ̃m eum. Quando aũt verba legis, vel ſuperioris dicant̃ conſilij, vel neceſſitatis, dixi plenè ti.proxi.nam concupiſcentiam. tangendo ẽt aliqd de verbis, Mando, & Pręcipio. Sed non dixi pędictas dr̃ias, quas bene no. qa important: & non reperi ab aliquo reductas. Et adde, ꝙ ſi ep̃s, cui Papa mandat, vt prouideat Titio, committit alteri, vt prouideat vice ſua de primo vacaturo, & eueniente caſu conferat ipſe ante illũ ſuum delegatum, collatio valet, per l.iudicium ſoluitur. ff. de iudi. & qa mandatũ non arctabit ep̃m. Ita fuit iudicatum Romæ ꝯ̃ Gui. de Suza. ſ̃m Alb.in d.l. ſæpe. in fi. qa Guido nõ aduertebat d.l.iudicium. Et iſtud fortius, quam id, qd̃ dicit Cal.de offi.vica.ꝯſi.2.quã allegaui ĩ.eo.ca. qa non abdicauerat in caſu illo ep̃s à ſe poteſtatem conferendi beneficia, prout in caſu Alb. vbi dando delegatum reſpectu certæ perſonæ vr̃ abdicare à ſe iuriſdictionem voluntariam in illa ſpecie, in qua committit illi vices ſuas.

12 INFIDELITAS Præcedens † nõ nocet ꝯuerſo, in promotionib. Tex.hic, quẽ ſimpliciter no.gl.& Doct. ¶ Limita tripliciter vltra oẽs. Primò in eo, qui reuertitur ab hæreſi 2.q.7.c.1. & per totum: qa prohibetur ordinari. Et ſi priùs erat ordinatus, nũc eſt aliorũ ordinũ incapax, ca.ſi quis oẽm.ea.q.j. & cã, vbi pulchrè inducuntur exempla, per q̃ ẽt peracta pęnitentia durat inhabilitas. Tñ diſpẽſari põt cũ eis, non paſſim, ſed gradatim, ſcd̃m merita. Gl.fi.12.diſt.nos conſuetudinem. Vñ diſpenſatus in uno gradu, nõ eſt capax minoris ẽt illi proximi, vt ibi in tex. ¶ Limita ſecundò, Niſi de recenti aliquis eſſet ad fidem conuerſus: quia dicitur neophytus & inhabilis b ad ordines, 48.diſt.cap.1.& per totũ: ne exiſtimet religionẽ Chriſtianam plurimũ eo indiguiſſe, vt in §.j.ea. diſt. Et quia ruit murus, cui põdus tignorũ apponitur humore nondum exiccato, c.2.ea.diſt. Ad idẽ tex.cũ gl.in c.cõſtituit.17.q.4. vbi ſecundum intellectũ gl. Iudæi de nouo conuerſi prohibent̃ aſſumi ad officia publica inter Chriſtianos. Et eſt tex.ſingu. ſ̃m Lud.in ſingu.664.ſcias, ꝙ Iudæis.& per Alphabetum in verbo Iudæus. & latè Ana. de Iudæis, cùm ſit. ad fi. ¶ Videmus in ſimili plerunque æquiparari, aliquid factum non eſſe, vel eſſe de recenti factũ. c Facit gl.in clemen. ne in agro. §. ſanè. in verbo, nouitijs. de ſta. mo. Per quam dicit ibi Abb.in ver.appellatione nouitiorum. quòd profeſſus de re-

b Eſt inhabilis. *Adde, quòd prohibetur talis ordinari duabus de cauſis, vt ponit Goff. in ſum. de tempo. ordi. §. ſequitur. Et adde, quòd dicitur neophytus, nouus in fide. ead. diſtinct. allega. in tex. quoniã à neos & phytos deducitur.*

c De recenti factũ. *Adde, quòd factum recens dicitur infra bienniũ.*

Hoſt.

Host. c.cùm inter. & ibi Docto, de re iudi.

centi hr̃ pro nouitio. Facit tex. ad hoc non vsitatus in le.j.ver. cæterùm, ff. de his, qui deie. vel effud. ibi, cùm adhuc secreta loca essent, modò cœpit commeari, non debet hoc delicto teneri. vbi, quo ad illã pœnã, paria sunt, viam esse secretam, vel de recẽti cęptã frequentari. Facit tex. in c. accusatores. lo 1.3.q.5.& gl.pen, de accus. cùm oporteat. & ibi Abb. in fi.& Ana.& glo. in verbo, capitalis. in c.p tuas. el grãde, de simo.& Io. And. de elec.§. sequitur videre. vers. itẽ qđ fuit, vbi ita repellit̃ inimicus nuper recõciliatus, sicut nõ recõciliatus. Facit dictum Bal. in l. obseruare,§. proficisci.7 q.ff. de offi. procons. ꝙ statutum ꝯ̃ offendentem officialẽ habet locum in offendente officio functum durante syndicatu: secus; si non est in syndicatu, licèt de proximo remotus, vt per eum,& latè per Ang.& Augu. in lib. Malefi. fol.93. facit c. illud. 50. dist. vbi prohibent̃ sacra instr̃a suscipere nup à contagione mundati. Faciunt deniq; multa, quę in simili posui, tit. pręce. eccl. in fi. art. de iudice sñiam præcipitante. Hæc autem nota, vt noua. Si diceretur. Doc. hic in discursu appellant istum de nouo conuersum: Solue, diuinant: vel Papa pro eo scienter scribens, dispẽsat. ¶ Limita tertiò, nisi agatur de pręficiendo ad pręlaturam,& sit alius, qui semper fuit Christianus: quia cæteris parib. est præferendus, qui semper fuit Christianus: ita põt inferri ex dicto Domi. in c. fidelior. 50. dist. vbi post Ioã. de Fiton. soluens difficultatẽ non solutã ibi in gl. dicit, ꝙ si ĩsimul cõcurrãt, ille qui deliquit & est emendatus:& ille q nunquã deliquit, secundus præfert̃. Si aũt simul nõ ꝯcurrãt, tunc ille cõuersus nõ repellitur, si crimẽ nõ impedit promotionẽ, vel executionẽ ordinũ post pręsentiã. Et q̃ sint illa crimina, habes gl. ordina.& Doc. de renun. nisi. imò faciliùs debet talis promoueri, quia didicit lapsorũ misereri, d.c. fidelior. cum seq. iuxta illud Poetæ,

Non ignara mali &c. Et ideo glo. super illo dicto Ap̃li ad Hebræos c.4. Nõ habemus põtificẽ, qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, dicit, impossibile est eum scire afflictorũ afflictiones, q afflictionis experimẽta nõ sustinuit. Hoc mõ non procedit gl. in §. fi. in gl. mag. ad fi. 63. dist. q̃ firmat debere præferri emẽdatũ illi, q semper fuit bonus:& idem simpliciter Ab. in c. at si clerici.§. de adulterijs. quasi in fi. de iudi. licèt non alleget gl. istã, sed alia, in d.c. fidelior. q̃ potiùs innuit ꝯ̃rium. Faciunt verba sancti Tho. 2.2.q.106. arti.2. dum ponit, quis magis teneatur ad reddendas gratias Deo? an innocens? an pęnitens? Ad hæc c. quia tua. 50. dist. vbi hr̃ illud Euangelicum, Gaudium est angelis super vno peccatore pęnitentiam agente, magis, q̃ super multis iustis. Et credere, ꝙ vbi concurreret emendatus & semper bonus, si in cęteris non essent pares,& emendato præpõderarent plura alia merita cõpensantia errores, deberet præferri alteri. quamuis semper bono, non tñ tot meritis decorato, per d.c. fidelior. cum seq. Quæ omnia benè no. hic vltra Do. hic. ¶ Circa varios intellectus huius decre. diffusè insistunt hic Scribentes, quos oẽs ad literam recitat And. Sicu. nihil vltra eos addens. Sed omissa tali recitatione satis discussa in voce, videamus quædam fructuosa, quæ colligi possunt ex isto discursu indigentia gustu & additione.

MANDATVM Factum capitulo, non ligat singulares de capitulo, quo ad iura singularia. Oẽs hic post Inno.& addunt c. si. de præb. in 6. Intellige sanè, nisi aliquis singularis haberet cõferre vice & authoritate capituli: quia tũc mandatũ directum cap̃lo extẽdit̃ ad talẽ, Rota de ꝯst.1.& de ꝯcel. præb.12. in anti. volens, ꝙ si hebdomadarij, qui cãtant missam vice capituli, habent conferre beneficia vacantia in illa hebdomada noĩe capituli, mãdatum de beneficio spectante ad collationem capituli includit talia, etiamsi esset beneficium, quod testator disposuisset esse conferendum ab istis hebdomadarijs: qa vr̃ considerasse collationem cap̃li. Et sequitur Domi. in d.c. si quia vbi aliquis hẽt generalem potestatem exercẽdi actum, si superuenit noua dispositio dãs sibi aliũ actũ, iste actus superadditus censetur eiusdem naturæ & potestatis, cuius erat primus, per ca. cùm ab ecclesiarum. de offi. ord. iuncto c. ad abolendam. de hære. qa si epõ datur per l. potestas noua, ĩtelligitur ordinaria, sicut prima. Facit de testa. requisisti. vbi si prælato legat̃ ab extraneo, intelligit̃ legatũ eo respectu, quo administrat bona ecclæ.

ACTVS Consistens† circa merũ factum põt expediri per Canonicos ẽt non capitulariter. Inn. Cõpos. Io. And. But. Imo.& oẽs * hic. Addatis Inno. in c. bonæ. lo 2. super ver. temerè recedit ĩ. ti.2. Arch. in c.1. in fi. 63. dis. Fed. consi. 291. de rescri. in 6. Imo. in c. cùm oẽs s̃. ti. prox. Dom. in c. eum, q. quasi in fi. de dolo & ꝯtu. in 6.& Abb. in sermone inci. Maximum. habito in ꝯcilio Basiliensi, fol.27. ver. præterea in schedula dicebat̃. Et dicit Domi. in c. Romana.§. in vniuersitatem. post. Inn.& Ioã. And. ibi, de sentẽ. exc. in 6. ꝙ in ꝯsistentibus in facto quilibet canonicus tenet̃,& ꝯpelli p̃t spãliter consentire. Exemplifica, vt per Doc. hic,& latè But. in d. ca. bonæ. ibi, no. gl. Ad hæc, qđ no. Inn. in c. irrefragabili. in prin. de offi. ordi. dicẽs, ꝙ actus ꝯsistens in facto, vt eligere, est penes singulos: ꝯsistens in iure, vt electio, est penes capitulum; & sequitur Flo. in repe. l. ciuitas. ff. si cer. pe. Cum istis ẽt concordat latè Fran. Pauinus in trac. De p̃tãte cap̃li sede vacan. fol.5. vlt. col. in prin. Fortiùs dixit Io. An. in ca. fi. de concess. præb. in 6. ꝙ vbi canonicus est recipiendus de necessitate, ẽtsi ex receptione tradatur titulus, putà qñ fit ad mandatum Papæ, q non contulit, tunc præsentes faciunt capitulum,& capitulariter illum recipient, ẽt non vocatis aliter absentibus, q non poterunt dicere se contemptos, cùm nulla propterea electio eis ꝯpeteret; imò si fuissent præsentes, oportuisset parere; tñ præsentes non recipient illum hoc casu singulariter, idest, per consensus separatim præstitos, ſm eũ. Et ita in hoc vltimo verbo concordat cum prædictis, sentiens, secus esse in receptione tituli non collatiua. Sed Domi. ibi reprobat post Lapum hoc, scilicet, ꝙ non sint vocandi absentes in receptione capitulariter fienda, q̃ est collatiua tituli; quia vbi actus hẽt fieri capitulariter, debent vocari absentes, qui sunt in diœcesi, quousq; faciant saltem maiorem partem; qa, secundum Io. An. in c.1. de his, q̃ fi. à maiori parte ca. in actu vniuersitatis debent esse præsentes duæ partes de vocandis. Ex quo ergo Papa scribit ꝙ capitulum recipiat; intelligatur de cap̃lo, prout iura dicunt esse capitulum; qa rescriptum debet intelligi ſm iuris ordinẽ, ĩ. eo. causam. Ergo detur congregatio quantitatis à iure determinatæ. ¶ Non aperit Domi. vtrum intẽdat reprobare Io. And. solùm in casu, quo loquitur de receptione tituli collatiua, in qua vult, ꝙ adsint duæ partes & benè; an velit reprobare oĩa, quæ prædixi; & sic, ꝙ ẽt, vbi receptio est facti, non possit fieri singulariter. Et licèt verba Lapi simpliciter recipiant primum modum intelligendi, tñ ratio Domi. vr̃ mihi multum facere ꝯ̃ dictum Docto. hic, & aliorum communiter ibi, vc3, ꝙ ex quo literæ dicunt, ꝙ capitulum recipiat, intelligatur de cap̃lo, prout iura dicunt, scilicet debito modo numero congregato. Sed non esset tutum recedere ab opi. cõi; quia ex quo agitur de his, quæ sunt facta appellatione capituli, venient ẽt singulares, vt volunt Doct. hic,& in d. ca. Romana.& Bal. in l. sicut. ff. qđ cuius. vni. no. Et dicamus, ꝙ procedat ratio Domini. in actu iuris collatiuo. Et adde Rot. de conces. præb. 15. in nouis, in prin. quæ dicit, ꝙ receptio illius, cui Papa contulit canonicatum, est quid facti,& solùm quædam executio. ¶ Hoc modo habes limitationem quotidianam ad gl. in c. cùm oẽs. de consti. q̃ vult, ꝙ consensus collegij non pręstitus collegialiter, nõ valet. ¶ Alias 5. limitationes vltra istam posui ibi; quib. adde septimam, videlicet, nisi esset consuetudo, ꝙ consensus præstetur separatim & singulariter cum expressione nominis singulorum, Bal. in auth. hoc ius. ibi, tertiò dicebam. C. de sacrosan. eccl. quia ex hoc non decrescit aliquid ecclesię; quod est aureum, si est verum. Et licèt loquatur in alienatione rerum ecclesiæ, tamẽ sensit idem in alijs actibus. Alleg. Archi. qui hoc non ponit, 12.q.2. sine exceptione. Sed, vt dixi ĩ. de re iud. cum causa. non videtur probabile, cùm hæc consuetudo non sit onerosa ecclesijs, attento ꝙ illi consensus separatim extorti

pleruinquę

plerunq; carent ea libertate & maturitate, quã habent insimul secretè ꝯgregati. Ergo non posset ecclesia facilè dãnificari. Cogita. Et scias, ꝙ quicq̃d tractat̃ citra locũ vbi consueuit capl'm congregari, nõ est ꝓpriè tractatus, sed quoddam ꝑludium, q̃d non facit rem esse integrã: sed cum incipit tractari in caplo, res desinit esse integra. Bal. in rub. de postu. præla. alle. Inn. in c. auditis. de elect. ALIVD Singuli, aliud vniuersi. Gl. & Doc. hic multã faciunt drĩam, vtrum actus concernat singulares de capitulo, an totum capitulum, per c. Eps, qui mancipium. §. qui manumittitur. 12. q. 2. ¶ Gusta istam drĩam ad multa. Per ipsã dicit Ro. de do. & contu. 1. in antiquio. ꝙ citatio facta coram decano & certis canonicis capitulantibus, non tñ in sufficienti numero, nõ inducit ꝯtumaciã, ꝑ quam illi possint excõicari, quasi ꝯtumaces in cã capituli: q̃a aliud singuli, aliud capl'm. Per istam drĩam dixit Cal. de præb. consi. 21. ꝙ fructus, q̃ hoc anno diuiduntur, debentur ẽt canonicis nouis, dato, ꝙ sint de annis præcedentib. eorum receptionem: q̃a debentur caplo, non vt singulis: & capitulum semꝑ est idem, l. cùm proponebatur. ff. de iud. Per istam drĩam dixit Imo. in c. ex lr̃is. vlti. no. s̃. ti. proxi. ꝙ licèt nemo sibiipsi imperet, l. pe. ff. de arbi. cum si. tñ capl'm imperat singulis de caplo: q̃a aliud singuli, &c. Per istam drĩam dixit Abb. de præscri. cùm non liceat. 3. no. ꝙ clericus iurans subiectionem epo & capitulo, iuxta c. cùm clerici. de verb. signi. non est subiectus singulis de capitulo: q̃a aliud singuli, &c. Per istam drĩam dixit Bar. in l. in tm̃. §. vniuersitatem. ff. de re iudi.
14 ꝙ † illi de vniuersitate pñt testificari in causa vniuersitatis, si materia non concernit singulos. No. in l. j. de testib. insuper. vbi dixit, ver. fallit quintò. Per istam drĩam dixit Pet. de Anch. consi. mihi 200. Visis & ponderatis. ꝙ si dñi Veneti promiserunt non ponere officiales in certis terris regis Hungariæ, nec se impedire de eis sub pœna, tñ si vnus ciuis Venetus est electus ab hominib. illius terræ, potest acceptare officium: quia nil fit noĩe dominij Veneti, tanquam nomine vniuersitatis, sed ab illo, vt à singulari. Per istam drĩam dixit idem Pet. consi. 273. Ad prædicta dubia. ꝙ volens probare, ꝙ capitulum aliquid fecit, non obtinet, nisi deducat, ꝙ capitulariter fecerit: quia aliud singuli, &c. Concordant plures, quos allegaui ad hoc in d. c. cum omnes. Per istam drĩam dixit Tho. Fastoli dubio Rotæ 23. item fuit consultum. ꝙ procurator generalis, cui est data potestas pro ordine, & pro singulis personis de ordine, non censetur habere mandatũ ad agendum pro uno cõuentu illius ordinis: q̃a aliud est ordo in genere, aliud singularis conuentus & aliud singularis de ordine. Per istam drĩam deciduntur ẽt plura, de quib. statim, maximè in 2. declaratione. ¶ Cæterùm ista & his similia recipiunt quatuor valde notabiles declarationes ab alijs non reductas. Prima declaratio sumitur ex verbis Aegidij conclusione Rotæ 10. Canonici capitulariter. vbi dicit ꝙ cognoscitur, q̃n aliq̃d fiat, vt à caplo, vel vt à singulis, hoc modo: putà si ꝯstituitur procurator in materia concernente totum capl'm, censetur constitutus nomine capl'i: si concernit singulares nomine singularium, vel si cõcernit capitulum & singulares, attenditur, quod principalius: si non apparet, & processerunt aliqua signa capitulandi, putà sonus campanæ, locus capl'i, ordo in caplo, tunc præsumitur capitulariter factum, aliàs præsumitur totum singulariter præcessisse. Postea decidit, ꝙ capitulariter ꝯstituunt procuratorem in causa, quæ principaliter non concernit nisi certos de capitulo in procuratorio nominatos, non vr̃ cõstitutus ab illis particularibus: quia non fuerunt ibi, vt particulares, sed vt capl'm repræsentantes. Quod benè no. ¶ Intellige sanè, dũmodo constet, ꝙ faciunt hoc capitulariter, scilicet respectu loci & numeri: secus, si faciunt hoc non vt capitulum, sed vt canonici, dando mãdatum ad causas præbendarum suarum, etiamsi sint capitulariter congregati, non tamen capitulari numero; q̃a non dicetur procurator datus à caplo, etiamsi in mandato obligent bona capituli. Ita pulchrè Aegi. decis. 108. Si canonici. ¶ Considera primum dictum; quia vr̃ difficilis intelligentiæ. Vult. n. Aegi. ꝙ si materia ꝯcernit singulares, dispositio facta à pleno caplo dicat̃ fieri vt à singulis. Postea in exemplo de procuratore sentit oppositum. Vñ vr̃ simpliciter sequenda sua prima doctrina, habito semper respectu, non vtrùm capitulum sit congregatum; q̃a hoc solùm non facit actum caplarem: sed vtrùm sint vocati absentes, & tunc dicat̃ actus verè caplaris. ¶ Scd̃a declaratio: ꝙ capitulum dr̃ repræsentare ꝑsonas viuentes, nõ tñ est persona vera, sed ficta & repræsentata, carens aĩa. Imo in l. mortuo. in fi. ff. de fideiuss. Vñ excommunicari
a non potest a, per ca. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excõ. in 6. s̃m eum. Pro quo vide oĩno Domi. i c. sicut vir. 7. q. j. vbi dicit, ꝙ actus & passiones, ꝑut ꝯsistunt in facto, sunt singulorum, non aũt collegij, vel vniuersitatis. Bene ꝓbatur in c. 2. de testi. in 6. Constat autẽ ꝙ vniuersitas, vel collegium nõ est q̃d singulare, nisi ꝑ repr̃sentationem, d. l. mortuo. Excõicatio aũt ligat solùm veram ꝑsonam non repr̃sentatã, c. pe. & gl. de of. dele. & habẽtem aĩam rationabilem, ca. si qs. de reb. eccl. nõ alie. & baptizatã, xj. q. 3. Christianus. Quæ oĩa cessant in vniuersitate. Ergo licèt sit ꝑsona repr̃sentata, est tñ ĩcapax excõicationis, s̃m eũ. Similiter dicit Bal. in rub. C. ad Treb. ꝙ si iuraui te defendere ꝯ̃ omnem ꝑsonam, vel feci procuratorem ꝯ̃ oẽm personam, non venit
b vniuersitas, vel respub. b quia fit interpretatio stricta absque iuris fictione. Et idem Bal. in auth. item quæcunque. C. de epis. & cle. Et dicit Archi. in ca. 2. de rescrip. in 6. super ver. tres, vel quatuor.
15 ꝙ † clausula, Et quosdam alios c, non
c comprehendit vniuersitates. Et sequit̃ ibi Io. And. & ibi Domi. Bal. ĩ. eod. sedes. & in authen. idem. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vo. dicens, ꝙ per rescriptum ꝯ̃ homines de tali collegio non potest conueniri collegium, sed tãtùm singuli. Alle. etiam notata hic. Et dicit Bal. in c. j. §. conuenticulas. 2. no. de pa. iu. fir. ꝙ noĩe personæ non continetur ciuitas, vel vniuersitas, cùm ponãtur vt diuersa, ibi, & in l. fi. C. de erog. mi. ann. Et dicit But. de præb. graue. 3. no. ꝙ statutum pęnale loquens de vera persona, nõ ligat repr̃sentatiuam, per illum tex. vbi statutum de prælatis non ligabat capitula: & ideo ponitur ibi, versi. & hoc ipsum circa capitula. & no. Pet. de Anc. de his, q̃ fi. à ꝑla. nouit. & Fran. Paui. in tract. ne sede va. fol. 5. ibi, & no. ꝙ statutum. Et dicit Io. And. de elec. per inquisitionem. super vlti. glo. ꝙ pendente inquisitione commissa ꝯ̃ collegium, possunt promoueri singulares de collegio, nisi sint nominati in commissione. Et idem Spe. in loco per eum alle. Et est pulchra limitatio ad c. omnipotentis. de accus. de qua ẽt per But. in d. c. per inquisitionẽ. Cui adde Arch. idem tenentem in c. tantis Daniel. ad fi. 81. dist. & alleg. Vinc. in d. c. per inquisitionem. Et dicit Bal. in l. oẽs populi. ibi, sed nunquid sub isto verbo. ff. de iusti. & iu. ꝙ statutum loquens de persona, non intelligitur de ficta, nisi statutum nominatum se ad fictam extendat. Et ideo comprehendit ciuitates, & castra:
d q̃a non sunt personæ, sed vice ꝑsonæ d d. l. mortuo. Et dicit Lud. consilio 436. Quod indultum Petri. ꝙ priuilegia derogantia quibuscunque personis, non derogant collegio Auditorum Rotæ: quia nõ venit appellatione ꝑsonæ. Et dicit Lu. consi. 400. Quæritur, an statutum. ꝙ statutum cogens ad compromissum litigãtem cum persona, cessat in litigãte cum vniuersitate. Est enim quoddam corpus, ꝙ ex multis constituitur, & caret anima,

a Non potest. *Adde Specu. in ti. de senten. excom. ver. item no. & Cardi. in cle. 1. §. pen. de heret.*

b Vel respublica. *Adde plenius do. Alex. de Imo. in d. l. mortuo. sæpiùs in tex. alle. et vide ẽt Bal. in l. metũ. §. animaduertendum. quod met. causa. & in l. quicũque. de seruis fug. & gl. in l. eos. C. de vsur.*

c Et quosdam alios. *Sed nũquid dicta clausula comprehẽdat clericos in rescripto posita cõtra laicos? Dic, ꝙ sic. Rota in decis. 74. si clericus. in nou.*

d Vice personę. *Ad quod adde d. Soci. in suo consi. 306. incip. circa præsentem consultationem. versi. benè facit tex. statim post medium, in 2. parte.*

ma,

ma,d.§.vniuersitatē. Itē quia aliud singuli, &c. Vñ procurator constitutus ab vniuersitate, nō est idoneus in cāsingulorū đ vniuersitate. Dicit eē casum no.ī l.2.ff.ꝙ cuiusq;vni.nomine.¶ Tertia declaratio. Aliqñ dispositio legis de ꝑsona loquētis procedit ī vniuersitate, nō vi uocabuli, sed legis extensione. Ita probāt verba But.in d.c. graue. per illū tex.ibi, & hoc ipsum, q̄ ꝓbat,ꝙ si nō fuisset facta extensio,staret regula ꝓdicta. Similis tex. ī l.j.iūcta l.nihil interest.ff. ad Mace.ubi dispositio de personis trahitur ad ciuitates, sicut ēt appellatione hominis non venit fiscus.l.si quis in tantā.ibi,apud fiscū,vel homines, C.unde vi.& tñ tex.loquens de persona extēditur ad eū. Glo.in l.eos.§. cæteros. in ver. vsurarū, & ibi Bal. C. de vsur. Et ita per ista iura declarat Lud.in l.2. ibi, scđo, an statutū.ff.de ver.obl.licèt ibi noluerit decidere id,qđ de cōpromisso decidit in d. ꝯs. 400.in quo replicat eadē,s. ꝙ in illis iuribus.& similib. cōprehendit vniuersitas ex ipsius legis cōcessione,sicut etiam in l.fi.§. sed & si quis sit nauta.ff.nau.cau.sta.vbi edictū de nautis extēdit ad nautabatas, i. maiores nautas, q̄ exercēt operas suas in naui vt exercitor patiat eos portare res suas in naui:Hoc mō responderi potest ad l.quid ergo.§. fin.ff.ex qui. cau.ma. iuncto l.itē ait. in princ. eo. ti. vbi edictum prætoris habens verbū, Siquis,extenditur ēt ad ciuitates, licèt Bald. post Dy.per illū tex.recedat à prædictis,in l.metū.la 2.§. animaduertendū.ff.qđ me.cau. volens procuratorē cōtra personas,experiri posse contra vniuersitates.Et dicit Bal.in l.quicunq;.ibi,no.tertiò.C.de ser.fu.ꝙ nomine ꝑsonæ significant masculi & fœminæ a.

a Et fœminæ. *Adde idem tenentem do. Soci cons. 58. incip. casus l. municipalis. vers. 1. alienatione. circa fi. 1. parte.*

procedere, l. 4. §. hoc autem. cum materia, ff. de dam. in-
fec. vr̄ tunc se ingerere, secundùm And. Sicu. hic. ¶ Ad-
de tex. optimum in d. ca. si iudex laicus. per quem dicit
ibi Dom. in vlt. notabili, quòd quando reuocatur in du-
bium, an iudex, qui vult procedere ex officio, sit iu-
dex, potest cognoscere & pronunciare, an sua sit iu-
risdictio. Quod dicit perpetuo menti tenendum; quia
videtur contra glos. in d. ca. statutum. in verbo, copia.
¶ Sed dic, ꝙ non est contra, attenta declaratione ipsius

Dominici in d.c. cùm personæ. dū intelligit dictam gl. qñ partibus contendentibus iudex adhæret vni parti: sed nos loquimur, vbi ex officio mouetur. Et ita ēt egregiè declarat Abb. de appell. solicitudinem. ibi, ego puto. qa qñ partes disputāt inter se, debet iudex eis dimittere disputationem: postea iudicare, an sit iudex. Secus, qñ pcedit ex officio per inquisitionem: quia lʒ sit loco partis & iudicis, tñ cognoscere pōt, an sua sit iurisdō: qa non agit de aliquo eius cōmodo, si defendat suā iurisdōnem, cùm ad hoc teneatur, ex quo tenet locum partis. Inducit tex. iuncta gl. in d.c. cùm personæ. quicquid dicat hic Bu. ſm cū. ¶ Sed reputaui sp difficile assignare rōnē dñiæ, quare est, ꝙ qñ iudex & pars stant pro iurisdōne, ipse tunc cognoscere non pōt: & qñ solus stat pro iurisdōne, cognoscere possit: qa si rō primi casus est, qa facit se suspectum: eadem rō vr in scdo casu. Simili modo, si in secūdo casu non est suspectus, ex quo de nullo eius cōmodo agit, eadem rōne non deberet esse suspectus in primo casu. Poteritis cogitare: qa pro primo dicto est gl. in d.c. statutum. p secundo est tex. in d. c. si iudex. Et iō cùm ab istis verbis Abb. hic, & Dom. in d.c. cùm personæ. non possit absq; periculo recedi: dicamus, ꝙ vbi pcedit ex officio, consideratur, ꝙ ad hoc tenetur. non sic, vbi partes contē-
27 dunt. ¶ Fallit † septimò, quando excipitur, ꝙ locus contractus, vel delicti non est de iurisdictione citantis: quia non pōt de hoc cognoscere. But. hic. quia ex pronunciatione fieret commodum pronūciāti. Allegat notata de iud. cæterum. de verbo. signifi. ex parte. de censi. venerabili. de appel. ad audientiam. & sequitur simlr Abb. hic. Sed aduerte: quia istud est. quod ponit hic Bu. ibi, hoc puto verum. Et intelligit hoc, qñ volens cognoscere prætendit locum esse subiectum rōne proprietatis: qa tunc vltra iurisdōnem ex pronunciatione fieret commodum pronuncianti: sed si prætenderet subiectum sibi locum rōne nudæ iurisdōnis, bene cognoscere posset. Et in hoc late insistit But. contra Guil. de Suza. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. Nec dr alteri præiudicare in possessione, etsi cognoscat iste de principali: qa possessio non perditur sine aīo, & ignorans non hēt animum amittendi, l. 3. §. in amittenda. ff. de acqu. poss. Et lʒ iudex iudicet, ꝙ ad eū spectat cognoscere de maleficio, vel contractu habito in tali loco, quia locus ille de sua iurisdōne est, non propter hoc fit præiudicium, nisi partibus. Et lʒ cognoscat alius, non perdit iurisdōnem, vel possessionem, per regulam, res inter alios. Item lʒ iste turbet iurisdōnem, alter tamen non perdit eā, nisi eijceretur de tota iurisdictione per modum, qui notatur de capell. mona. cum dilectus. & de postu. præla. bonæ. super gl. 3. nam lʒ de una, vel pluribus causis cognoscat, non extenditur ista possessio iniusta, nisi ad causas, de quibus cognoscit, argum. l. quod meo. §. fi. ff. de acqu. poss. Et cōtra istum est intentandum interdictum, Vti possidetis. non, Vnde vi, ſm Inn. Io. An. But. & Dom. hic. Tangunt ēt hic Bu. & Dom. vtrum debeat premitti ista summaria cognitio, s. an locus sit de iurisdōne citantis, & debeat pronunciari super hoc, concludentes, ꝙ sic, contra Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. Quod omitto, quia Alex. ponit ad saturitatem in d. l. 2. & alias dixi post Abb. de fo. compe. si clericus. quibusdam additis & ordinatis vltra Ale-
28 xan. ¶ Fallit octauò, vbi † vertitur commodum sportularum. Glos. trita in l. de iure a. in verbo, prouinciæ. ff. ad muncipales. quam Bart. sequitur, & reputat mirabilem in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & idem Bart. in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. sicut etiam cōmodum familiaritatis, vel sanguinis, reddit iudicem incompetentem, lʒ in causa principali non speret commodum, vel incommodum, vt scis. Similiter Bald. in c. 1. an apud iudicem, vel curiam. dicit, ꝙ iudex repellitur non solum pter interesse totale, sed etiam pp interesse particulare bursale ipsius iudicis. Et idem dicit Bal. in c. literas. de præsump. quoties tractatur de proprio quæstu bonorū superioris. Illam gl. sequit ēt Bal. in c. imperialem. §. præterea. el 3. de prohi. feu. alie. per Fed. & Ang. in l. 1. C. ne quis in sua cā. & Bu. de iud. cæterum. Contrarium tenet Imo. in d. l. quidam ꝯsulebant. quia delegato debentur sportulæ, §. ne autem. in Authen. de iud. & tñ cognoscit super dubio iurisdōnis, vt hic. Præterea qui alias repellit pp commodum, non repellit, qñ commodum venit incidenter, aut secundario, l. j. in fi. ff. de autho. tu. Hinc est, ꝙ legatarius non repellitur à testificando in cā testamenti, licet agat de eius secundario commodo, §. legatarijs. Inst. de test. cū ibi allegatis. Et ita seruaretur in practica, ſm Imo. vbi. s. Pro quo vide Bal. in d. l. 2. si quis in ius. vbi dicit, istā esse ipsam veritatem, ꝙ commodum incidens sportularum, vel simile, non impedit huiusmodi cognitionē dubiæ iurisdictionis. Et sequitur An. Sic. hic pp dictū Dy. & aliorū in l. si cui. §. fi. ff. de le. 1. vbi fideiussor non repellit ī cā correi principalis. Et quia ista incidentia nō ꝯsiderant, l. cū pponas. C. de reb. cre. Nihilominus[b] sequēda ē opinio d. gl. pp authoritatē sequaciū suorum: & idem sentit glo. magna in prin. in d. l. 2. & gl. in d. l. si quis ex aliena. ¶ Limita primò, dummodò sit dubiū de iurisdictione: sed qñ est certū, non repellit ordinarius pp commoda, vel incommoda. Bal. in d. c. 1. an apud iudicē. Allegat l. qui iurisdōi. ff. de iu. om. iu. ¶ Limita secundo, dummodo sportulæ pertineāt ad iudicem: secus, si habent applicari sedi, vel dignitati. Bal. de restit. spo. ꝯquerente. post prin. Allegat authen. bona damnatorum. C. de bo dam. ¶ Limita tertiò, dummodò sit ꝯtentio de iurisdictione inter partes ꝯcordes & iudicem: secus, si est quæstio de iurisdictione inter litigantes: quia tunc non procederet d. gl. Alex. in d. l. quidam. arg. gl. in d.c. statutū. in verbo, copia. de rescrip. in sexto. de qua s. in sexta fallentia. De quo tñ dubito; qa ēt, ubi partes contendunt, militat ratio affectionis & commodi. ¶ Limita quartò, nisi ꝯmodum sportularū non haberet verisimiliter corrumpere animam iudicis, vt hic per But. do. Abb. & Imo. dicentes, in hoc debere attendi quātitatem sportularum, & qualitatem iudicis; ar. c. ex diligenti. de simo. Et idem sentit Imo. in d.c. cæterum, dicens, ꝙ gl. in d. l. de iure. non est sine dubio, saltem qñ cōmodū sportularum esset modicum; & ita ēt residet Alex. in d. l. 2. in addi. nouis. ¶ Pro quo vide Bal. in d.c. literas. vbi dicit, ꝙ sportulæ solæ non faciūt iudicem suspectū; qa dant pro labore officij, & est modicū lucrū. Allegat tex. §. ne aūt labor. in Authen. de iu. ¶ Demum considera, ꝙ de iure canonico vr superflua ista inuestigatio, per c. cùm ab omni. de vi. & ho. cle. nisi consuetudo esset in contrarium, cuius validitatē examinant ibi Scribētes. ¶ Considera ēt, ꝙ de iure ciuili sportulæ videnť esse paruæ quantitatis, per d. §. ne autem. & 3. q. 3. c. iudicis. & in palea. §. offeratur. nisi ꝯsuetudine, vel statuto augerentur; & tunc sequere prædicta alibi non ita ordinata.
29 ¶ Fallit nonò, vbi † rescriptū est falsum; quia iudex deputatus per tale rescriptum, nō pōt pronunciare se esse iudicem, ētsi hoc ignoretur. Vnde, detecta postmodum falsitate, oīs processus declarabit nullus. Inn. Io. An. Bu. & oēs * hic; quia fabricator falsi rescripti non potuit dare iurisdictionem, l. priuatorum. C. de iu. om. iu. Est verum, ꝙ Bar. in l. præscriptione. C. si ꝯtra ius. intelligit hoc esse verum, quando falsitas[c] est manifesta, alias non; qa ipse iudex, cui videtur rescriptū dirigi licet ex eo non acquirat verè iurisdictionem, tamen constituitur in quasi possessione iurisdictionis, pp quod habuit iustam cognitionem & pronunciationem, l. si arbiter. C. de senten. Sed Bal. ibi tenet oppositum; quia dicere, quòd cōstituatur in quasi possessione,

a De iure. *Vide ibi domi. Alexan. & Card. in cle. 1. §. abbates. de excessi. prælat. qd verum in sportulis magnis, aliàs nō. Alexand. sing. in d. l. 2. alle. in tex. ff. si quis in ius vo.*

b Nihilominus. *Adde tu, ꝙ ista opinio Felini est reprobata, & male dicit; tu tene, quod posui s. i. isto tex. in vers. an sua sit iurisdictio. vbi feci addi. ad illa quæ fuerunt dicta ibi per Fel. Et ibi posui veritatē istius dubij, à quo non recedas, nec consulendo, nec iudicando.*

c Alias non. *Rescriptum falsum quod non tribuat iurisdictionem, Bar. intelligit hoc esse uerum, quando falsitas est manifesta, alias non. Adde tu, quòd contra*

tra Bartol. tenent omnes Canonistę in isto ca. super literis. Adde Bald. in l.1.C. de collus. deleg. Ludouicum Roma. in consilio suo 330. inci. Circa primum.

est ridiculū; quia est persona omnino priuata, & in istis incorporalibus requiritur aliquis titulus, l.2.C. de eo, qui pro tu. Non dicas, ergo semper opponeret exceptio falsi, vt non possit cognosceret, qa imò poterit, & ipsa veritas iustificabit processum: quia si exceptio erit vera, processus erit nullus, si falsa, tenebit. ¶ Plus dicit se dicere, ꝙ ētsi reus cōfiteretur rescriptum esse verum, & postea appareret falsitas, nihil operabitur ꝯfessio. Allegat no. per Inn. de excep. cùm venerabilis. ¶ Similiter dicit Sal. in d.l. præscriptioue. ver. quæro qñ exceptio. ꝙ snīa, ꝑ quam talis pronunciat se iudicem, non transit in rem iudicatā: qa deficit substantia delegationis, & acta ꝑ eū retrò sunt nulla. ꝑ l. licèt. C. de proc. Et iō de ista falsitate poterit qñcunque opponi, iuxta l. querelā. C. de fal. Et subdit post Io. And. hic, ꝙ si iudex videt esse probabile dubium super falsitate, supersedeat ꝯsulto superiore: sed si dubiū non est probabile, procedat; & si tandē apparuerit falsitas, ruent oīa. ¶ Similiter Raphael Fulgos. ibi refert Io. And. hic dicere, ꝙ talis snīa est omnino nulla, per c. sua. de offi. vica. Pro quo alle. l. licet C. de procu. ubi sententia super idoneitate mandati procuratorij non ualet detecta falsitate. Vnde idem in mandato delegatorio, ꝑ l. & quia. ff. de iurisdic. omn. iud. Rñdet ad l. puniri. C. si ꝯ ius. allegatam per Bar. ꝙ nō loquit̄ in exceptione falsitatis rescripti, sed precum. Rñdet ēt ad dictam l. si arbiter. C. de sentent. ꝙ ibi ꝯcurrebant cōis error, & voluntas, & authoritas superioris, hic nullū istorū. Et dicit, ꝙ casu, quo sententia teneret, esset locus restitutioni in integrum, ꝑ totum ti. C. si ex falsis. ī l. qui agnitis. ff. de excep. Et hoc Bar. non negasset, s̄m eum. Similiter dicit Bal. in l.2. ibi, nunc de octauo C. de ser. ꝙ obediendum est prælato minus iusto, qui est in pacifica possessione, dummodo ꝯcurrat authoritas superioris, secus in eo, q nunquā fuit fretus authoritate superioris, sed fortè per falsas literas obtinuit reputari prælatus. Allegat Imo. hic. Cū istis concordat Angel. in d. l.2. in 7. fallen. ff. si quis in ius voc. & Imo. in l. quidam ꝯsulebant. ff. de re iu. & optimè insistit Bu. hic, dicens, ꝙ tale rescriptū non pōt sustentare ꝓcessum, neq; in principali, neque in incidenti: quia iste cōis error non hēt fundamentū, prout habet̄ in l. Barbarius. ff. de offi. præsi. ¶ Ista multum important. Patet ex dicto Calder. hic, vbi dicit se obtinuisse in facto, notarius scripsit, qualiter unus ex delegatis cōmiserat collegis uices suas ī solidū, & uerè cōmiserat simpliciter, & sic ambobus simul: alter delegatus ꝑꝑ hāc scripturā pronūciauit se iudicē ꝯpetentē, & subdelegatū in solidū, nec fuit appellatū ab interlocutoria: quia certè, s̄m eū, non trāsiuit interlocutoria in rē iudicatam, nec ualuerunt postea gesta, licet haberet delegatū, & partē subdelegatam: quia in alia parte subdelegationis non potuit notarius eū facere iudicem. Per hæc infert aliud Butri. hic, quòd si iudex pronunciat instrumentum procurationis verum, cum sit falsum, valet pronunciatio, sed non p̄iudicat domino absenti, nisi vellet ratum habere expresse, vel tacite appellando in principali, iuxta leg. 3. §. falsus. ff. rem rat. hab. ¶ Non obstat l. j. § j. ff. qđ falso tuto. autho. vbi si iudex pronunciat quem tutorem, q nō est, facit eū tutorē, quia, s̄m Butri. potestas dandi tutorem dependet à iudice: sed potestas dandi procuratorem, non. Infert etiam Butri. ad alia, q̄ ut utilia, omnia clarius refert, & sequitur Domini. hic. Adde in hoc vltimo Bal. in dicta l. licèt. C. de procur. ubi dicit, quòd si iudex pronunciat procuratorem eum, qui non est, non fundatur per hoc iudicium factum cū eo. Et rñdet ad illud de tutore, vt est dictum. Subdit tamen, ꝙ is, ꝯ quem est lata hæc sententia, tenetur ei parere, si non appellauerit ab ea. Sed absens, cuius nomine iste veniebat, qui nunquam interfuit in iudicio, non patitur præiudicium ex ista sententia. Et idē Bal. in l. falsus, ibi, ad quartum venio. C. de fur. Dicit tñ Sal. in d. l. licet, allegando Ioan. And. hic, ꝙ si pars, quæ non appellauit, probaret istum nō esse procuratorem, debet iudex hanc interlocutoriam reuocare. Cū istis ꝯcordat hic An. Si. referens aliqua ex prædictis, & qđ notat Bar. consilio 82. Punctus talis est. Et ponit latè de multiplici falsitate, post Bal. in d. l. falsus. quem tñ nō allegat. Et ꝯsidera, ꝙ iste tex. non facit ad q̄stionem: qa non loquit̄ de rescripto falso, sed de vero ꝯtinente falsitatem. Et insurgit ꝯ Ab. hic, dum dicit, ꝙ iste sit intrusus. Nā intrusus dr̄, qui se ingerit, c. iādudū. de præb. & c. dudū. 2. de elec. Sed iste non se ingessit: ignorabat. n. literas, qbus paruit, esse falsas. Et cū istis in effectu residet, nihil dicens de his, quæ sequuntur. Cū istis ēt ꝯcordat Dom. in c. j. ibi, unde ꝯcludit. de rescrip. in sexto: allegando Bu. hic. & idem Imo. in cle. j. ibi, hoc credit dñs An. de excep. Ang. in d. l. si arbiter. & in l. j. C. si à nō com. iu. & in d. l. quidā. circa mediū, & Bu. in c. per tuas. primo nota. de sen. excom. ¶ Limitatu diligenter ista communia dicta quatuor modis. Pri-

30 mò, † dummodò literæ sint falsæ: quia tales non dant iurisdictionem, secus, si sunt ueræ, tñ per falsi suggestionē, vel ueri taciturnitatem obtētæ: quia tunc dāt iurisdictionem, tam suꝑ principali, q̄ super dubio iurisdictionis, & snīa lata ex eis, transit in rē iudicatā. Aeg. decis. Rotæ 28. iudex datus. Allegat Inn. s̄. eo. cæterū. Respondet ad istū tex. in uerbo, non est aliquatenus procedendū. & sic loquitur in principali, quia intelligitur, qñ est opposita exceptio surreptionis, quia illa est præiudicialis & dilatoria. Sed ea omissa: secus, per no. in d. ca. cæterū. Vult dicere, ꝙ surreptio in istis non uitiat ipso iure, & iō valet processus, ēt detecta demū surreptione, vt dicetur ī. eo. ad audientiam. Et adde, qđ dicetur ī. eo. cū dilecta. tangendo, quando lex, Barbarius. habet locū in delegato, quando non est defectus in persona delegati, sed in commissione. ¶ Limita secundo subtiliter, dummodo vitium falsitatis habeat hanc qualitatem, ꝙ non emanauit à principe: secus, si emanauit à principe, quia licet alias sit prorsus nullum, tamen valebit sententia super competentia, si ab ea non appellatur, vt dixit singul. Lapus in c. 1. de rescrip. in 6. & sequitur ibi Dom. & But. Abb. & Domin. hic: puta, si in casu dict. c. j. iudex ꝓnunciauerit se competentem: quia si non appellatur, pronunciatio transit in rem iudicatam, & hoc propter authoritatem superioris, à quo emanauit, per d. l. Barbarius. Et licet sit nullū, quo ad eius effectum, tamen non est simile falso, quia non caret omni primordio veritatis, vt hic pulchrè per Bu. ¶ Pro quo facit lex, cū filius. §. hæres meus. de leg. 2. ibi, nec in totū falsum videri. ꝙ veritatis primordio iuuaretur. Vñ dicit Bal. in l. data. ibi, sed dubiū est. C. qui accus. ꝙ qui facit instrumenta, sicut tabellio, & non est, punit̄ pœna mortis, sed si semel fuit creatus tabellio, sed priuatus, non punietur pœna mortis, quia iuuatur primordio veritatis. Allegat §. qa verisimile. in auth. de nō alie. & sequitur Ana. de crim. falsi. accedens. in fi. facit l. fi. ff. de decu. vbi reliquæ multū operantur, cum cōcor. quas posui ti. præceden. in c. quæ in ecclesiarū. ad fi. ibi, fallit quintò. ¶ Hoc dictum Lapi sequitur But. in c. 2. ibi, etiā & alia ratio. de dila. dicens, quòd licet data falsitate rescripti non ualeat processus, tamen secus, si rescriptū est alias nullū, vt ex defectu personæ impetrantis, vt ꝑ Lap. vel si est à falso procuratore obtētū, & ideo hoc casu iudex carens funditus iurisdictione, pōt de ea cognoscere, nisi eēt incapax, ut s̄. in 2. fal. Istud dictū Lapi pulchrè sequitur Inn. in d. c. 2. Butr. s̄. eo. cùm ordinem. in fi. Lud. consilio. 384. in fi. Imo. in cle. si appellationem. ibi, non obstat, quia tertiò. de appell. Pet. de Anch. in c. cordi. ibi, & subdit notanter. de appell. in sexto. But. de appell. si duobus. ibi, sed si nullā funditus, & in c. ex ratione. ibi, hæc puto vera. eo. ti. & But. s̄. eo. pastoralis. in prin. Per istud dictum Lapi dixit Dom. in c. j. ad fi. de off. deleg. in sexto, quòd si conseruator pronunciet iniuriam notoriam, per hoc facit se iudicem, etiamsi verè non sit notoria, si à tali pronunciatione nō appellat̄. Cum isto dicto Lapi ꝯcordant Ang. in l. j. ad fi. C. si à non comp. iudic. & Bar. in l. ex quacunque. ibi, hoc dictum gl. ff. si quis in ius voc. & Abb. post But. ī. eo. ex parte. ibi, & nota istum intellectū. dicens secundum vnum intellectum ꝓbari ibi claris-

clarissimè, ꝙ rescriptum nullum assumit uigorem, si orta ꝯtentione super nullitate iudex pronunciat validū, & non appellatur, dummodò non sit falsum, s̄m eū: & idē Dom. j̄. eo. Rodulphus. in fi. quem referam. j̄. 12. fallē. dicens, ꝙ iudex carens funditus iurisdictione, efficitur iudex per hanc pronunciationē. Per istud dictū Lapi sequitur alius effectus magnus, ꝙ ēt vbi primū rescriptum est reuocatum ipso iure per s̄m, vt qa s̄m est motu proprio, vel cum clausula decreti, si tñ primus iudex pronunciat se competentem, & non appelletur, valebit snīa. Et ita Imo. s̄. eodē, cæterū. qđ multum importat ad ea, quæ dixi ibi in vltimo art. in tertio corollario, & in prima & scđa restrictione. Tñ si erit vera scđa restrictio, quæ statim attētabit ad hoc dictū Lapi, ista illatio Imo. nō ꝓcederet: quia ubi sunt dictæ clausulæ, iudex scit se carere fūditus iurisdictione, ideo ꝓcessus nullus, vt ibi dicet. Tñ cogita. ¶ Restringe dupliciter hoc dictum Lapi. Primò, nisi postea appellet à snīa diffinitiua lata ꝑ delegatum in negocio principali: quia coram iudice appellationis adhuc pōt opponi ista exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum, ētsi fuit opposita in cā principali, & repulsa per interlocutoriam, à qua non fuit appellatū: & talis interlocutoria poterit reuocari, s̄m Dom. in c. fi. in 2. nota. de appell. in sexto, ꝑ illum tex. quē dicit benè notandū ad limitationē Lapi, vbi s̄. De quo exclamat Phil. de appell. cū cessante. ibi, decimotertiò limi. subdens in fi. illius limitationis, hoc esse intelligendū, dummodò pars nō ꝯsenserit in iudicē. Et ita dicit limitandū Bar. in d. l. 2. si qs in ius. ¶ Cōsidera hoc vltimū verbū, ad qđ nihil allegat, & est satis importans, & aliqualiter dubiū: quia satis vr̄ in iudicem ꝯsensisse nō appellādo ab interlocutoria, nisi dicas, ꝙ sciebat ius suū saluū durare in appellatione à diffinitiua. Ergo taciturnitas sibi nō nocuit, l. sicut. §. non vr̄ ff. quibus mo. pig. vel hyp. sol. ¶ An aūt ex eo, ꝙ litigauit in principali, vedeatur in iudicem ꝯsensisse, adeò ꝙ non audiatur amplius super dicta interlocutoria, hoc etiam ipse non ponit: & fortè sentit, ꝙ non: tñ cautum esset protestari, ꝙ non intendit in iudicem ꝯsentire, nisi quatenus de iure tenetur, iuxta theoricam Inn. de elect. Cumana. de qua dixi ti. præcedenti, cum M. Et istud etiam pendet ab alio articulo, quando in prorogatione sufficiat tacitus consensus, de quo in c. j. infra de iud. ¶ Restringe se-
31 cundo hoc dictū Lap.† dummodò iudex nesciat de nullitate rescripti: quia si scit, pronūciatio non valeret. ꝑ id, quod dicit hic Abb. in 5. casu. & Car. in clem. 2. in 3. q. ut lite pen. per tex. de app. si duobus. Idem, si esset ignorantia inexcusabilis, secundum Host. in d. c. si duobus. & ibi dixi in fine. Et licèt isti loquantur de iudice procedente in principali, quando caret funditus iurisdictione, tñ eadem ratio est in delegato, vel alio pronunciante se competētē: secus si esset iurisdictio elidibilis: quia licet iudex hoc sciat, tñ si pronunciat de cōpetentia, & non appelletur, valebit processus. Glos. in dicta cle. 2. in uerbo, competente. Dixi aliquid supra, eod. cùm ordinem. & latius in d. c. duobus. ¶ Restringe ēt dictum Lapi, dummodò pronunciatio cōpetentiæ sit expressa. Secus enim, si tacita: puta, per processum ad ulteriora. Dom. infra eo. Rodulphus. in fi. quem referam j̄ in 12. fallentia, in qua hoc probatur latius. ¶ Limita tertiò hanc nouam fallentiā, nisi delegatus haberet aliàs ordinariam, per quam ēt cognoscere pōt, an sua sit iurisdictio: qa tunc bene cognoscere & pronunciare pōt ipsemet de falsitate rescripti delegatorij, & ualebit processus, non obstante detectione falsitatis. Ang. in d. l. 2. 7. fallentia: quia cessat dicta ratio, quòd sit funditus omni iurisdictione priuatus. Allegat Innocent. in d. c. 2. de dila. in glo. mag. ibi, hoc autem fatemur. ¶ Contrarium tenet Imo. in d. l. quidam. quia quo ad illam causam, est delegatus, non ordinarius. Ideo censetur omnino priuatus. Pro quo facit, quod no. Ioan. And. But. Abb. & Imo. de præscrip. cùm ex officij. cum concor. quas ibi posui, dum dr̄ ibi, quòd si habens ordinariam, putat se habere delegatam, quam non habet, & procedat ex delegata, non valet ꝓcessus ꝑꝑ ordinariam, per c. cùm super. de offi. deleg. Ita hic, cùm animus iudicis pronunciantis se iudicem sit procedere ex delegata, & eam non habet, nihil operabitur ordinaria. ¶ Considera, ꝙ ista impugnatio hēt locum, tenendo, ꝙ pronunciauerit se esse delegatū, & non erat, ꝑꝑ falsitatem rescripti. Et hoc est clarū, qñ rescriptū videbat eum facere delegatum. Sed si erat rescriptum ꝑ talia verba, ꝑ quæ non vr̄ effici delegatus, sed excitari potestas ordinaria (quod qñ fit, traditur per But. & Imo. de offic. ord. licet. & ibi dixi) tunc posset esse dubium, an dicta pronūciatio cōpetētiæ valeret: & licet nullus hoc tangat, quem viderim, tñ dici posset, ꝙ aut vtitur verbis denotantibus, ꝙ credit iudicē vigore rescripti, & non valeat pronunciatio, per d. ca. cum sup. Aut simpliciter dicit se iudicem, & tūc, cū p̄sumatur pro iudice, de re iud. sicut, & præsumatur eligere viā, ꝑ quam actus valeat, l. 3. ff. de mi. test. vr̄, ꝙ in dubio voluerit dicere se iudicem non ex capite rescripti, sed ex capite iurisdictionis ordinarię, quā putauerit excitatā. Et istud fortè procederet, nisi verba libelli & actorum, q̄ præcessissent hanc interlocutoriā, expresse loquerent de potestate virtute rescripti: quia tunc verba ambigua sententiæ referent ad acta, iuxta glo. fi. in ca. si confirmationē. de elec. in sexto: & Bar. in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudi. Dixi de excep. ca. pen. Et ideo fortè rarò esset, ꝙ essemus in dubio in d. casu, super quo volui hoc tetigisse, vt aperiatur via cogitandi. ¶ Limita quartò hanc nouā fallentiā, nisi corā iudice competēti esset oppositū de nullitate talis interlocutorię latę super falso rescripto: & hac exceptione nō obstāte, snīa fuit ꝯfirmata: quia si ab ista non appellat, non poterit amplius de nullitate opponi. An. in d. l. 2. & in d. l. quidam. Alleg. Inno. in c. 1. & 2. de ꝯfir. uti. vel inut. Et hic super verbo, forsam, ibi, sed si post oēs. quia, s̄m eū, iste secūdus verè est iudex, licèt malè faciat ꝯfirmando snīam nullam. ¶ Sed caue: quia ex dictis Doctorū in d. ca. 1. quos retuli, de re iud. ca. quæ. istud vr̄ intelligendum, quando secundus competens ꝯfirmauit sententiam latā in principali à dicto delegato dato per falsum rescriptū. Sed si falsus delegatus solum pronūciasset se ꝯpetentem, & ista ꝯfirmaret à iudice ꝯpetente, non vr̄, ꝙ secunda transeat in rem iudicatam: quia laborat eodē vitio, quo prima: & cū ꝑꝑ istā videatur reuertendū ad primū, ut expediat negotiū principale, de appell. ut debitus. nō vr̄ hoc possibile; qa cōpetētia istius secundi nō pōt facere, ꝙ primus sit, vel fuerit in aliquo ꝯpetens: secus, vbi ꝯfirmat sententiam in principali: quia tunc snīa assumit uires à ꝯfirmante, non à confirmato, licèt isti non aperiant hoc, vt voluissem. Cætera de ista confirmatione sentētiæ nullæ dixi in d. ca. ea. quæ.
32 ¶ Fallit decimo dicta regula, qñ† iudex non habet iurisdictionem, nisi super causa notoria, & casus accidens esset dubius, & non notorius: quia tunc non posset cognoscere, an sua sit iurisdictio. Gl. in c. accusatus. in verbo, manifestè, de hære. in sexto, dummodo super isto dubio velit cognoscere & pronunciare, tāquā iudex. Sed si vellet se informare super illo, an esset notoriū, vel nō, extra iudicialiter, nō ut iudex, tūc posset. Ita procedat gl. maior ibi, dic, ꝙ benè. in c. j. de offi. deleg. in sexo, quā cum prædictis ita adaptat Dom. hic, & in d. c. j. ibi, sed aduerte. sicut ēt ad istū finem se informat ille, qui non habet iurisdictiouē. Patet j̄. eo. cùm contingat. Et hoc videtur voluisse Host. in d. c. j. secundum Domin. ibi. ¶ Sed Abb. de foro cōpe. si clericus. ibi, sed tu dic. vr̄ tenere contra hanc fallentia, quòd imo, si negatur qualitas notorietatis, potest cognoscere & pronunciare super hoc, an subsit notorietas, vel non; & non pōt procedere in principali, nisi ꝯstet de notorietate; qa illa dat iurisdictionem. Ita procedat glo. in d. c. j. Sed si ꝯstat qualitem notorietatis non subesse, vult tamen iudex inquirere, an factum sit ꝯmissum, etiam sine illa qualitate; & non pōt, quia sola qualitas notorietatis dat iurisdictionē. Et iste est intellectus glo. c. accusatus. quia Inquisitor non potest se intromittere de diuinationibus, nisi sapiant hæresim manifestā. Si ergo non sapiūt hæresim manifestā, nō pōt inquirere, an sapiant hæresim; quia sine notorietate qualitatis non hēt iurisdōnem; sed bene posset inquirere, an sapiat hæresim

hæresim manifestam. Et iste intellectus ad illas gl. est ẽt de mente Imo. hic post Butri. & sequitur Domi. in d. cap. accusatus. §. sanè. Et puto ista dicta esse vera, quamuis nõ percipiam, vtrum ista fuerit mens glo. in d. ca. accusatus. ¶ Et adde Imo. & Ange. Aret. in l. constitutiones. ad fi. ff. de appell. vbi dicunt, ꝙ si qualitas non fundat iurisdictionẽ, non est opus de illa ante oĩa cognoscere: putà an in casu illius l. reus esset latro famosus: quia etiã sine illa qualitate iudex erat competẽs: secus, si qualitas esset necessaria, vt in casu gl. in d. c. j. quam ipsi sequunt̃. Et pro ea allegat Aret. quod no. Bar. in l. in illa stipulatione, si calẽdis. ff. de ver. oblig. ubi dicit, ꝙ semper & ante oĩa probandũ est id, quod est fundamentum intentionis iudicis, actoris, vel rei. Facit dictũ Inn. de fo. cõpet. cũ sit. & quod ibi
33 dixi. ¶ Fallit vndecimo, qñ † ista pronunciatio cõpetentiæ fuit facta absentibus partibus, & præsentibus procuratoribus non habentibus speciale mandatum ad prorogandũ, iuxta no. de offi. deleg. cũ olim. el j quia nõ valet. Ita Ange. in authe. hodie. in fi. C. de appell. Si aũt processum est ꝯ ꝯtumacem, eo casu, quo perueniri põt ad diffinitiuam lite non ꝯtestata, vel ad primum, aut ſm decretum, tunc dicit Bar. in d. l. 2. si quis in ius uoc. non ie. ꝙ iudex, ante q̃ procedat ꝯ partem contumacem, põt pronũciare se esse iudicem competentem, & cætera illius iudicij procedent: quia illa sententia facit ius: sed si hoc non pronunciaret, pars qñcunque veniens posset dicere illũ non esse suum iudicem, & gesta non valere, ſm eum, de
34 quo ẽt p Im. in d. l. qdam. ¶ Fallit duodecimo, qñ † iudex non pronunciat expresse se ꝯpetentem, sed tacitè: puta, p processum ad ulteriora: quia licet alias ista tacita pronunciatio sufficiat ad reijciendum exceptiones impeditiuas processus, c. ex parte. el 2. de app. Bar. in l. à procedente. C. de dila. c. suborta. cum gl. in verbo, reprobasse. de re iud. tñ in casu isto requiritur expressa pronunciatio. gl. in verbo, processus. in fi. in c. dispendia. de rescrip. in 6. & in c. 2. in uerbo, quorum. eo. ti. & lib. & utrobique Dom. & But. hic. Et pulchrè Dom. j̃. eo. Rodulphus. in fi. dicens ibi esse glo. sing in glo. mag. in fi. quam dicit perpetuo menti tenendam, ꝙ vbi iudex caret funditus iurisdictione, per processum ad vlteriora, non vr̃ validare iudiciũ. Et sic licet processus ad ulteriora habeat vim interlocutoriæ, vt videatur repellere exceptionem oppositam, vt no. glo. in cle. fi. de app. non tñ ista talis tacita pronunciatio habet vim, vt pronũciet se iudicẽ cõpetentẽ. Et ad idẽ allegat dictas gl. secus dicẽs, si pronunciaret se expresse iudicem ꝯpetentẽ: quia tunc licet funditus careret iurisdictione, valeret processus. Allegat Inno. in c. præterea. de dila. & quæ ipse dixit hic: & facit, qđ dixi s̃. in 2. limitatione nonæ fallentiæ. ¶ Adde ẽt huic fallentiæ, q̃ dixi oportunè in d. ca. suborta. in 4. limitatione ad regulam d. ca. ex parte. ¶ Et inuenies certos casus, in quibus etiam in proposito sufficiat tacita pronũciatio ad limitationẽ dictarũ glossarũ: & nota maxime tres. Primus, vbi iudex pronunciauit procedendũ ad ulteriora, obiectis non obstantibus, licet de competentia expresè nihil dixerit. ¶ Secundus, qñ iurisdictio nõ erat funditus nulla, sed elidibilis. ¶ Tertius, qñ parte præsente & opponente de defectu iurisdictionis, iudex processit ad ulteriora, de quibus casibus vide authoritates & rões ibi deductas. ¶ Fallit tertiodeci-
35 mò, si † obijcitur iudici delegato, ꝙ eius iurisdictio est reuocata per secundas literas directas alteri delegato: quia ipse non cognoscit, an sit reuocata, vel nõ, sed ambo cõueniunt, s̃. eo. pastoralis. Et ita Ang. in l. 2. 6. fallen. Et dictum fuit in d. c. pastoralis. & subdit Ang. in d. l. 2. 7. fal. ꝙ si duo iudices ordinarij contendunt de iurisdictione, quia unusquisque dicit eam ad se pertinere, cognoscet superior amborum, aut arbitri ab eis eligendi, per tex. in d. l. de iure. ff. ad muni. & in d. c. pastoralis. ¶ Fallit quarto
36 decimò & ultimò, qñ † opponitur de non iurisdictione delegantis: quia de hoc non põt cognoscere delegatus Bal. in l. 2. C. si à non compe. iudi. Dicit, ꝙ cognoscendo de propria iurisdictione delegata, põt p quandam consequentiam cognoscere de ordinaria, non tñ, vt super ordinaria iudicet, sed benè iudicare põt se non esse iudicẽ, & sic iudicat de rescripto, sed non de rescribente. Dat simile in iudice, qui potest iudicare de priuilegiato nõ de priuilegiante, vt per Io. And. de iu. cum uenissent. ¶ Demum in hoc articulo scias, ꝙ iudex cognoscens, an sua sit iurisdictio, non põt assignare terminum ad proponendas dilatorias, ne in parte sit contrarietas. Abb. de exceptio. pastoralis. ibi, ego dubito. Habui ẽt respondere Lucæ, vtrum possit cognoscere & pronunciare super validitate mandati procuratorij, ꝯ qđ aduersarius opponit: & credidi, quod sic, per regulam l. 2. de iurisdict. om iud. cũ concor. quas dixi in c. preterea. de off. dele. vcʒ, ꝙ cõcessa iurisdictione censentur ꝯcessa oĩa, sine quibus ipsa expediri non põt. ¶ Et certũ est, ꝙ si nõ posset adire, & iudicare super legitimitate personarum, non posset ẽt diffinire articulum cõpetentiæ, in quo est sibi data potestas à lege. Tamẽ cogita: quia posset replicari, quòd cũ pars possit p se cõparere, non vr̃ de necessitate dicta cognitio ualiditatis mandati. Veniunt eñ illa, sine quibus iurisdictio expediri non põt, nõ aũt ea sine quibus ita cõmodè expediri nõ põt, ſm Domi. in c. solet. ad fi. prin de sent. exc. in 6.
37 ¶ Vltimò, in † quantũ Abb. super gl. in verbo, forsan. refert dictũ Arc. in c. vt circa, de elec. in 6. ꝙ oĩs exceptio peremptoria ẽt non notoria, põt opponi ante litẽ ꝯtest. dũmodo excipiens offerat se incõtinenti probaturũ a. Tamẽ ipsum non firmat. Adde, ꝙ But. hic, ibi, sed tunc obuiat, dicit, quod dictum Arch. communiter non tenetur, per c. j. de lit. contest. in 6. Et considera rationem, quæ vltra istos multum ei obstat: quia si esset verũ hoc dictum, nihil esset speciale in exceptionibus positis in c. j. de lit. ꝯtest. in 6. & in alijs sibi similib' de quibus dixi de excep. exceptionem. quæ possunt opponi ante lit. ꝯtesta. licèt sint peremptoriæ: nam ẽt illæ ita demũ dicuntur impedire litis ingressum, si incontinenti probant̃: secus, si exigunt indaginẽ, vt dicit Bar. in l. cũ quærebatur. ff. iudi. sol. Esset enim, secundũ dictũ Arch. facienda vna generalis fallentia, vcʒ, dummodò excipiens offerat se incontinenti probaturũ: tunc omnis quęcunque peremptoria posset opponi ante lit. contest. & in illis nihil esset speciale. Et hoc esset absurdum, vt etiam credo dixisse in d. c. exceptio. Demũ etiam vide Lu. ꝯs. 346. vbi extollit istum tex. ad probandũ, ꝙ cũ vnus ordinat, & alter ordinationẽ exequitur, actus attribuitur ordinanti, non exequenti. Et idem allegat plura alia.

a Probatutum. *Adde Imo. Fulg. & do. Alexan. in l. nam & postea. §. sed & si quis. de iureiur.*

SVMMARIVM.

1 *Bona temporalia licet quandoque sint discreta inter episcopum & capitulum, tamen iura spiritualia nunquam sunt diuisa inter capitulum, & episcopum.*
2 *Prælatus solus agit & conuenitur sine capitulo & conuentu pro bonis communibus, etiamsi sint communia, quo ad administrationem tantum.*
3 *Capitulum non potest administrare bona communia, episcopo contradicente; sed administratio pertinet ad episcopum, etiam capitulo contradicente, exceptis arduis.*
Prælatus in materia ardua non potest agere sine consensu capituli. Post nu. 3. ver. prima declaratio.
4 *Capitulum solum non potest agere sine consensu superioris, etiam pro bonis communibus.*
5 *Capitulum solum licet non possit agere, si tamen præstat cautio non de rato, debet admitti.*
6 *Prælatus solus potest constituere procuratorem.*
7 *Facultas dandi procuratorem, regulatur à facultate agendi.*
Solennitas eadem an requiratur in reuocatione, quæ requiritur in constitutione. Post nu. 7. ver. & ex eo intulit.
Causa ecclesiæ cathedralis non agitatur sede vacante. Post nu. 7. ver. vacante sede.
8 *Consensus superioris potest sequi, vbi actus capituli est vtilis ecclesiæ.*
9 *Curator non datur capitulo. Consilium suspectum omittitur, quod alias esset necessarium. Post num. 9. ver. omittitur. Prælatus solus non potest authorizari in alienatione rerum ecclesię, siue sit epi-*

episcopus carens capitulo, siue prælatus inferior carens collegio. Post nu. 9. ver. limita, nisi.

CAPITVLVM XXI.

EDoceri. ¶In causa monasterij ꝯuenit abbas ꝑ rescriptū, ī quo nulla fit mētio de ꝯuentu. nec ꝓꝓ hoc appellari pōt, nisi cū abbatis & ꝯuētus bona essent oīno distincta. H. D. Et fient additiones circa dicta Ab. quo ad octo qōnes hic ꝑ eū ordinatas. Circa primā qōnem de pactis in fundatione apponēdis, adde, q̄ dicenī ti. prox. cū dilectus. vbi oēs ponunt. Aliqd dixi in principio qōnis à me examinatæ de ꝑiudicio, quo ad patronos ex literis Papæ. Ad illud de taxatione portionū ī religiosis, vel de tolerando vsu suorū lucrorū, adde q̄ dixi ti. ꝑced. c. cū M. immediatè ante materiā ꝓtestationis, vbi Abbas ponit in fi. in quadā addi. Et qn̄ collegia inferiora possint statuere circa statutū ecclesię, vide, q̄ dixi ti.
1 ꝑced. cū oēs. Et no. ꝙ † licet qn̄que bona temporalia sint discreta inter epūm & capitulū, tn̄ non sic in iuribus spiritualibus: quia illa nunquam sunt discreta inter epm̄ & capitulum. Imo. de ver. sig. cum clerici. Illa est ratio, quare iuramentum, de quo ibi, intelligiī non tm̄ de epo, sed & de capitulo. Quod bene no. ad limitationem huius decretalis & suæ materiæ, ſm Dom. hic: & idem vult Inno. in c. clerici. in gl. j. de ma. & obe. dicens, ꝙ spiritualia & dignitates ecclesiæ sunt communia, & communiter tenentur ab epo & capitulo, licet episcopus sit caput. Alleg. d. c. cum clerici. Bonus tex. cum materia, in c. cùm non liceat. de præscrip. quem pro Inn. notat ibi Abb. ibi, ego verò. ¶Intellige ista de iure cōi. Sed consuetudo benè posset disponere, ꝙ administratio iurium episcopalium esset diuisa etiam in spiritualibus, ſm Dom. in c. quanquā. 23. dist. per c. 3. de consue. in 6. & c. fi. de reg. in 6. licet Arch. in d. c. quanquam. simpliciter sequatur Inno. & operatur dictum Inno. quòd quamuis pacto, vel consuetudine diuidatur administratio bonorum simpliciter, per hoc non est diuisa administratio spiritualium, vel corū, quæ non ꝯcernunt dignitatem, nisi ꝯsuetudo specialis illis aliud introducat. Quod no. ¶Circa secundam q. adde, quod no. Aegi. decis. Rotæ. 592. Si procurator. vbi dixit, ꝙ habens commissionem de impetrando ꝯ̃ epm̄, valide ēt nominat in supplicatione capitulum, si & ipsum materia tangat, & cogetur comparere, per istum tex.

2 SOLVS Prælatus agit † & conuenitur sine capitulo a & conuentu b pro bonis communibus, etiamsi sint communia, quo ad administrationem tm̄.
* Inn. & omnes *hic, qđ comprobat Ab. latius cæteris in 3. q. Adde Bu. Imo. Ab. & Dom. in c. j. de proc. ubi idem tenēt: & firmat Host. latissimè in Summa, de rescripti præsent. §. quæ pn̄t obijci. ver. 99. & Spec. in ti. de actore. §. j. ibi, quid de sacerdotibus. & Card. consilio. 334. B. & A. germani. & Ang. in le. fi. ff. qđ cuiusque uni. nomi. Et ideo dicit Rot. de offic. archi. prima, in antiquis, quòd archidiaconus agit pro iuribus suis sine licentia episcopi, vel capituli. & idem latiùs Rota de offic. arch. j. in antiquioribus. Similiter dicit Rot. de excep. 14. in antiquis, quod vbi prælatus agit nomine suo, conuentus præsumitur agere cum consensu conuentus, alleg. cap. ea noscitur. de his, quæ fiunt à præla. & Inno. in cap. ueniens. de præscrip. Similiter Host. de transac. §. quis possit. sequitur opinionem communem, non obstante ratione tacta hic in glos. ꝙ prohibitus alienare, &c. quia non est uera uniuersaliter, & sequeretur, secundum eum, ꝙ prælatus, quia iurat non alienare sine consensu Papæ, non posset esse in iudicio sine eiusdem consensu: quod est absurdum. Et ideo Bal. in l. ait prætor. alle. in gl. declarat, quomodo indistinctè non ꝓcedit regula, ꝙ qui non potest alienare, non potest rem in iudiciū deducere. Nam pater non pōt alienare rē filij, circa quā tn̄ pōt agere, vt legitimus administrator, l. j. C. de bonis ma. Idem in tutore, l. 3. §. item q̄ri pōt. ff. de reb. eorum. Vn̄ dicit, ſm eum, ꝙ quidam sunt, qui non habēt ius, neque administrationem: & tunc regula vera. Quidā verò habent administrationem, sed non ius in ipsa re & tunc regula non est vera. Quidam habent ius & administrationem: & tunc verū est hos agere posse, lȝ interdum alienare non possint. Exemplū in l. 2. & 3. C. de his, q ve. æta. Et ad d. l. ait prætor. vide ēt in proposito Bal. in le. 1. col. 2. ibi, extra prædicta oppono. ff. de procur. Et circa dictam regulam insistit ēt Spe. in d. ti. de actore. Et istis adde Bal. in l. unica, ibi, modò sequiī videre. C. de ꝯfes. vbi dicit, ꝙ prælatus in bonis cōibus habet liberam administrationem absq; speciali mādato. Cum istis ꝯcordat ēt Lap. allegatione 49. allegaudo ad idē Inn. de iu. cùm deputati. & de religio. do. cum venerabilis. & latè insistit, dicens, ꝙ dicta sua ibi sufficiunt in hoc articulo absq; alia reuolutione chartarum. Adde ēt Arch. in c. fi. 68. dist. vbi transit cū Spe. vbi s̃. Pro quo ēt facit gl. in l. Titiū & Mæuiū. ff. de admin. tuto. Per quā dicit Bal. in c. j. qui feudum da. pos. ꝙ habēs plenā administrationē, non teneī alium requirere: iō ꝑlatus pōt infeudare c sine capitulo: quia habet liberā administrationē. Et ad ꝑdicta scito, ꝙ non omnis habilitatus ad titulū, est habilitatus ad administrationem tēporalium. Vnde dispensatus, vt non obstante defectu ætatis possit habere beneficiū curatum, non intelligiī dispensatus sup administratione bonorum, nisi aliud expressè appareat de voluntate principis, secundum Pet. de Anch. in c. 1. de æta. & qua. in 6. quem sequiī Brix. in Repertorio in ver. dispensatio. in fi. remittens etiam ad Io. And. in c. ex ratione. de ætate & quali. & in c. de multa. de præb. Faciunt, q̄ de restrictione dispensationis latè dixi j̃. eo. postulasti. Et ex dictis Ab. hic denotātibus liberā administrationē ꝑlati in bonis cōmunib. intulit latè Maria. ꝯsilio mihi 135. Prælatus,
3 & c. alias incipit, Ex literis transmissis. ꝙ † capitulum non pōt administrare bona cōmunia ꝯ̃dicente prælato; sed ad episcopum pertinet administratio ēt contradicente capitulo, nisi in arduis, vt hic per Innoce. Postea subdit, quòd si esset statutum, quòd ad prælatum & capitulum simul spectet administratio, debet intelligi, secundum qđ spectat de iure cōi, s. in arduis & similib. non autem in reliquis. Et inducit glo. & Bar. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. vbi statutum exponitur ſm ius commune: & sic etiam consuetudo, ca. cum dilectus. j̃. ti. proxi. cum concor. de quibus per eum, & dicetur ibi. ¶Considera, ꝙ hoc modo statutum, vel ꝯsuetudo nihil operarentur: ergo malè, ꝓꝓ doctrinam Barto. in le. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. cum concor. Non obst. glo. in d. §. in cōputatione. quia, secundum Pau. de Cast. ibi, illa & similia intelliguntur, quando aliquis indebitè damnum pateretur: intelligendo statutum ꝯ̃ ius commune; secus, vbi hoc non concurrit. Sed istud statutum non inducit damnum episcopi, imo maiorem conseruationem bonorum propter pluralitatem oculorum administrationi ꝑsidentium. ¶Est verum, quòd capitulum solum non potest agere in bonis communibus sine epo, per ca. causam, lo 1. de iu. quia, vt dicunt hic But. Imo. & Dom. episcopus, seu prælatus in ecclesia est ille, qui habet liberam & generalem administrationem. Vnde solus agere pōt. Non sic administratores, vel inferiores. Et capitulum non habet de iure administrationem subsistente episcopo: & non est caput ecclesiæ, sed episcopus, 6. q. 1. scire debes. facit c. requisisti. j̃. de testa. ¶Pro intelligentia tamen prædictorum nota sex declarationes.

PRIMA Declaratio. In materia ardua non potest ꝑlatus agere sine consensu capituli, vel conuentus. Inn. & om-

a Sine capitulo. *Adde Ro. in decisio. 369. Confessio. in nou. & Specu. ī ti. de accusa. ver. item si vnus.*

b Et conuentu. *Adde Bald. in Marg. ver. prælatus. ver. 5.*

c Infeudare. *Adde, quod voluit Bartol. in authen. qui rem, ad fi. C. de sacrosanct. eccles. & ibi Fulgo. Paul. de Cast. & latè per do. Ias. de May. ibi, quē omnino vide. Et an possit locare, & fructus uendere, vide no. per dom. Soci. consi. 32. incip. ex his, quæ superius. versi. circa primam q. in 1. par. & ver. 3.*

& oẽs hic.Spe.& Host.ubi s. Ang.in d.l.fi.Lap.in dicta allegatione,Io.And.de procu.querelam.& Lu.conf.369. Circa primum.ibi,tertia est ratio.Puta,ſm istos,qñ agitur de diminutione honoris, vel dignitatis ecclesiæ, vt de subiectione,uel limitibus episcopatus, vel membrorum.Et dicit Lap. ꝙ cauſæ dicuntur magnæ & paruæ respectiue,ut soler notari,ſm eum,in c.fi.de iureiu.Et possent hic adduci quędam in simili, in quibus ꝑꝑ arduitatem materiæ aliter disponitur,de quibus hic per An.Sic. & dicetur in uoce. Sed in istis terminis melius facit, qđ no.Inn.in ca. per tuas.in verbo, consensu.de arbit.& in c.fi.in gl.2.de ma.& obe.& in c.ad aures.in fi.de tempo.ord.& in c.magnæ.de uoto.& in c.nouit.de his,quę fiunt à præla.& in c quod in dubiis.de renun.& ibi Bu.& Imo.& Arch.in c.hi,qui.15.q.8.& Io.And.in d.c.magnæ.& Abb.in cle.2.de rebus eccle.non alie.vbi traditur regula, ꝙ p̄latus non pōt expedire aliqđ arduum sine ꝯsensu capituli,vel saltem sine consilio,ſm Hos.& Io.An.in d.c.magnę.Sed tñ cōiter prædicti dicunt de ꝯsensu.¶ Amplia ēt in bonis discretis inter p̄latum & ꝯuentum: quia vnus non agit sine alio in arduis.Inn.in c.causam.el j.in 2.gl.parua,in secunda solutione,de iud.quē ita gustat ibi Abb.& idem sentit Bu.hic,ver.tertio casu,& Imo.ibi,& similiter ꝯuentus. ¶ Restringe tñ notabiliter hanc limitationem,ſm Do.hic,nisi ma,quæ alias est ardua,deducatur ꝑ uiam possessorij:puta,subiectio, quā p̄dicti reputant arduam.Allegat Rotā, quæ est hodie de off.arc.prima,in antiquioribus:ubi dicunt,ꝙ si pro Arch. agit possessorio super subiectione clericorū,ista non dr̄ causa ardua,ita ꝙ sit necessarius ꝯsensus alterius:quia cā possessoria uocat momentanea,2.q.6.c.ei,qui.§.si de possessione & eius momento,cum sit apta durare momento, c.cum dilectus.de cau.posses.Ad idem inducunt no.in c.qm̄.ut lite non ꝯtesta.vbi patet, ꝙ in possessorio nō habet locū nominatio dñi in iudicio.& gl.j.in c. quicunq; militum.12.q.2.ſm eos.Ad qđ ēt vide Rotam,de off.archi.1.in antiquis.¶ Secunda declaratio. Licet † capitulum solum,

4 vel conuentus, non possit agere sine ꝯsensu superioris,

* ēt pro bonis communibus,vt per oẽs * in d.c.cām.tñ si solus ꝯuentus vult agere pro rebus malè alienatis,pōt ēt sine consensu prælati.But.& Abb.hic,per c.si quis presbyterorum.de re.eccle.& per notata de testi.cum olim.& ibi Scribentes latè,declarantes hoc,dummodò p̄latus, qui nunc est,alienauerit, vel si successor est negligens in recuperando,de quo dic, ut ibi.¶ Tertia declaratio. Li-

5 cet † capitulum,vel ꝯuentus nō possit agere, vt est dictū, tñ si præstat cautionem de rato,debet admitti. Gl.fi.ibi, tamen illud concedo.in c.j.de procur.sentit Abb.hic,& expressius ibi,inferens ex ea,ꝙ posito,ꝙ prælatus nō posset agere sine consensu capituli, tamen si vult cauere de ratihabitione,debet admitti.Ratio potest colligi ex verbis But.hic,ibi, alter autem pro altero. vbi notanter dicit, ꝙ licet iura,quæ ducunt, coniunctum posse agere ꝑ coniuncto sine mādato cum cautione rati, de quibus.j.eo.nonnulli.in fi.& l.exigendi.C.de procur.non habeāt locum in ꝯiunctis ꝯiunctione spirituali: puta, in canonico pro canonico,vt tradit̄ in ca.fi.de procu. Dixi satis post gl.ti.præced.cum M.tamen habent locum in episcopo, qui pōt agere pro capitulo in bonis discretis cū cautione de rato ratione ꝯiunctionis spiritualis. Et eadem ratione potest capitulum agere pro episcopo in communibus & discretis cum debitis cautionibus:quia inter capitulū & p̄latū bene est dare ꝯiunctionem,arg.c.requisisti.de testa.ſm eum.Quod bene nota ad singul.limitationem huius materiæ,& eorum, quæ allegaui in d.c. cum M.& ad ampliationem d.l.exigendi.Et ista verba Bu.sequitur Dom. hic, licèt Imo. alia referens hoc omittat. Pro qua consideratione & coniunctione inter episcopū & capitulum,facit optimè consi.Cal.de feu.11.vbi vult, ꝙ vasallis episcopi potest alienare feudum in capitulum ipsius episcopi,etiamsi inter eos sunt bona discreta: quia episcopus non vr̄ in generali prohibitione alienationis exclusisse suos. Tñ de veritate istius consilij dubitaui in ca.quæ in ecclesiarum, prope fi.ibi,nona declaratio,ti.p̄-cedenti. Et hanc declarationem reprobaui j.eo.nonnulli.§.1.in 3.limitatione vltimæ fallen.ver sed nunc credo.

ADDITIO.¶ Quarta declaratio. Prædicta procedūt in bonis cōibus,qñ in eis solus prælatus administrat: & idē,si sunt discreta,& ipse solus administrat:secus,vbi bona essent cōmunia,& ēt administratio, vel ēt sola administratio esset cōis:puta,quia administratio exercetur ꝑ vnum nomine prælati,& ꝑ alium nomine capituli Nā isto casu vr̄ dicendum, ꝙ vterque debeat simul agere, vel uterque conueniri.Ita latè Imo.hic,dicens istum casum non esse ab alijs tactum,& considerat doctrinam Inno.hic,quòd potestas agendi sequitur potestatem administrandi: & sic ad illum spectat potestas agendi, ad quē spectat potestas administrandi.Fatetur tñ,ꝙ vbi non apparet bona esse oīno distincta, ēt quo ad administrationem, tunc semper spectat administratio ad solum prælatum:& iō tunc solus agere poterit,nisi statutum,vel ꝯsuetudo ecclesiæ repugnet.¶ Quinta declaratio. Eo casu,quo capitulum prohibet esse in iudicio pro bonis ecclesiæ sine p̄lato:pōt tñ impetrare,& ꝑ tale rescriptū pōt agere.Io.And. solenniter in addi.Spe.prælatus. in ti.de rescrip.præsenta.§.rōne ēt eius,contra quem.in vlt.addi. inducit c.causam.el j.de iudic. vbi, vt patet in antiqua, monachi impetrauerunt soli, & respectu impetrationis nihil dicitur ibi de consensu abbatis,sed solùm de habilitatione iudicij. Et sequitur Butr. Abb.& Imo. hic, & ibi Adde optimè,quod no.Rota in simili, de iudic. 5. in nouis,dicens,ꝙ licet filiusfa.non possit agere sine consensu patris,tñ pōt impetrare. Late Aegi. Belle. decis.730. commissio impetrata.¶ Obstat nouum motiuum,videlicet facilius ꝑmittitur alicui agere,q̄ impetrare,cap.pia.de excep.in 6.iuncto c.1.de rescrip.eod lib.Ergo si capitulum non potest agere,multo minus impetrare.

sed pretiū nō sufficit ad oẽs, inspicitur ordo verborum, seu literę, vt latiùs per Bar. vbi suprà, cū quo trāseunt ibi Bal. Ang. Imo. & Pau. ponentes de illo, qui dixit in libello, Peto ꝯpelli & condēnari; qa tunc non inspicitur ordo verborū; imò ꝯdēnatio præcedet compulsionē: & ita pręsumitur mens libellantis, per c. cām, s̄. eo. Et in hoc vltimo dic, vt ibi copiosè per Alex. Et dixit ibi Im. vnā conclusionē esse præcipuè tenēdā menti, ꝙ si constat ordinē esse substantialē, omissio eius vitiat: aliàs non. Et scd̄m eū, fuit verbū gl. ī c. pe. in verbo, ordine. de purga. cano. ¶ Ad istā regulā adde Bal. optimè in l. si duas. in prin. ff. de excu. tuto. vbi dicit, ꝙ ex ordine verborum præsumitur ordo intellectus: & quod prius est in voce, præsumitur prius esse in intellectu; & ꝙ curandum est de ordine, vbicunque in tp̄is prærogatiua cōsistit dispositio iuris, per l. Claudius Felix. ff. q po. in pign. habe. Postea tractat latè, qn̄ omissio ordinis vitiet actum. Per istam regulam infertur, ꝙ ille dicitur dignior, qui primò nominatᷣ, ut per Dom. in ca. fi. de offi. deleg. in 6. Et ideo refert Ang. in dicta l. generaliter. §. si quidem. ꝙ cùm Papa Vrbanus dixisset fratribus Minoribus, vt darent ei in scriptis nomina triū regliosorum, & ꝙ vnū promoueret ad Cardinalatū, dederunt tria nomina, scripserūt in forma sphærica, ne per ordinē cognosceretur, quis eēt dignior. Quo viso, dixit Vrbanus. Ordinē ꝑuertistis, & ordinem peruertā. Vnde omissis illis tribus, đ quibus datus erat ordo, promouit generalem eorū. Et dicunt Ang. & Imo. in l. qui soluendo. la 2. per illum tex. ff. de hr̄d. insti. ꝙ ordo denominationis designat & declarat ordinē charitatis & dilectionis, vt sic possit præsumi, quis magis sit dilectus. Idem dicunt de ordine cessionis, per quē cōstat, qs dignior, vt ibi latiùs per Imo. ¶ Et dicit Bal. in l. pen. ibi, tertiò oppono. C. de verb. signifi. ꝙ ille præsumit maior, qui primò nominatus est. ¶ Et dicit Bal. in l. j. C. de edic. diui Adria. tollen. ꝙ si pluribus nominatis res non pōt competere, nisi vni, competet primò nominato per illū tex. ¶ Similiter per istā regulam dixit Albe. de Rosa. in j. parte statut. q. 172. quid si statuto, quòd stante statuto, quòd alienata de bonis captorum non solenniter reuocentur per priores vel antianos, præferuntur priores tanq̄ primò nominati. Et dicit gl. 2. in c. Metropolitano. 63. dist. ꝙ aliqn̄ in alternatiuis attenditur ordo literæ, & non habet locum ca. inter cæteras. s̄. eo. cū si. Sed vr̄ scd̄a qualitas ordinis addi alternatiuè in defectum primi; qa tex. ibi dicit, Ex presbyteris, vel diaconis. Gl. dicit, ꝙ ostēdit, quo ordine debeant eligere, & non sufficeret incipere à diaconis. Et idem no. gl. maior in c. licet. de sepul. in 6. & ibi clariùs. Dom. in fi. prin. ¶ Et idem gl. in regula, ī alternatiuis. de reg. iu. in 6. Per istā regulā dixit ēt Bald. in proęmio C. §. qbus, ꝙ si duo instrumenta reperiuntur eodem die facta, si apparet, quod prius sit scriptum, illud præsumitur præcessisse. Idem Bal. in l. de rebus. circa medium. C. de dona. ante nupt. Similiter dicit Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. quòd primò nominatus in contractu præsumitur principalis; secundò nominatus præsumitur fideiussor, quando non sunt ambo pariter obligabiles; & secundo nominatus pōt intercedere, vt fideiussor. Secus, si ambo pariter sunt obligabiles, qa vterque censetur principalis, nisi ad vnū tm̄ res perueniat. Similiter dicit Ang. in §. etenim. ī Authē. de hær. & Fal. quòd si in eodem instrumento primò obligasti aliquid Titio, deinde Seio, hypotheca Seij erit posterior ꝑꝑ ordinē scripturæ. Dixi s̄. eo. pastoralis. Et iō dicit Bal. in disputatione, accusatus. ibi, modo restat, quod vltimò positum in libello, vltimò deciditur. Et ita dicit notanter dixisse Odofredū. Et dicit pulchrè Pau. de Cast. consi. 39. Visis actis. ꝙ non valet processus executoris Apostolici, qui cœpit ab inuocatione brachij secularis, cum in literis executorialibus illa inuocatio imponeretur ꝑ ordinē ꝑ vltimo remedio, in uers. demum verò &c. Et ꝙ ille ordo sit ēt de iure, no. Old. consi. 89. Episcopus in uocat. Pet. de Anch. in regula, ea quę. 10. q. lib. 6. Bal. in c. cùm non ab hoīe. de iudic. & in l. 2. in duobus locis. C. de his, qui latro. occult. Et dicit egregrè Abb. consi. mihi 98. incip. Nitar in præsenti cā. versic. vndecima qō est, vtrùm processus. ꝙ de nullitate executionis præposterātis fotmam & ordinem mandati, semper dici potest, ēt si est appellatum à sn̄ia. Et dicit Lud. consi. 241. Spectabiles dn̄i. ꝙ captura facta non præcedente probatione suspicionis fugæ, non valet, ētsi postea superueniat legitima probatio; qa præposteratio vitiat actum, ꝑ no. ꝑ Bar. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. cum concord. Similiter dicit Alex. post Imo. in l. si seruus pluriū. §. si numerus. in prin. ff. de leg. j. ꝙ inter coniecturas ibi descriptas attenditur ordo illius literæ, non vicinitas scripturarū, seu verborum eiusdem testī, per tex. ibi, & in l. pe. ff. de alimen. & ciba. leg. quicquid dicat Pau. in d. §. si numerus. Adde ēt ad hanc regulā tex. & gl. in c. inter verba. in verbo, ꝓmisit. 11. quæst. 3. & in c. quorundam. in uerbo, prædicatorū. de elect. in 6. & in c. benè quidē. in verbo, Mediolanēsem. 96. dist. vbi gl. reputant maiores illos, qui primò nominantur: & latè Arch. in c. j. in prin. de deci. in 6. vbi ēt allegat d. c. benè quidem. in ver. cunque lecta esset. & ver. sancta synodus. vbi Mediolanensis Archieps fuit noīatus ante Rauennatensem. Ergo dignior, s̄m eum. Licèt illi duo archiepiscopi semel de ꝓcessione certauerint in volendo sedere a dextris patriarchę, s̄m gl. 3. in l. decernimus. C. de sacros. eccl. Et aliqua de præcessione ob ordinem scripturę, dixi in rub. de maio. & obed. Et ꝙ Mediolanensis præcedat, no. Marti. de Laude in tractatu, de dignitatibus, conclusione 9. & ita dicit latè disputare Albe. in epistola, inter claras. C. de sum. tri. Dixit ēt Host. in summa, de baptismo, §. quæ sit. versic. quid, si ordo. ꝙ si dr̄ in nomine Filij, & Patris, & Spiritus sancti, illa peruersio ordinis vitiat baptismum. Tamen non est vis, si diceret, Ego te baptizo, vel Ego baptizo te, dummodo alia verba non transmutentur.

DECLARA Quinque modis ista & similia. ¶ Primò, nisi † mens disponentis sit certa: quia tunc non curatur ordo verborum. Hic Ioan. And. per l. nec em̄. ff. de sol. & idem Bar. in d. §. prius. per l. cùm pater. §. fidei tuæ cōmitto. ff. de le. 2. & pulchrè declarat Imo. ī d. l. nec em̄ dicens, hoc esse intelligēdū, nisi lex statueret specialem ordinem: quia licet mens loquentis videretur apta, tn̄ dēt exponi s̄m ordinē legis. Exēplum in eo, q petijt reū cogi ad soluendū, & condemnari; qa ista mens loquēdi reducit ad congruitatem iuris, ꝑ c. cām. s̄. eo. vt ꝑ Barto. in d. §. prius. Et ista declaratio cōprehendit dicta Bar. ī l. si cōis seruᵘ. ff. đ stipu. seruo. ibi, & ista faciūt. vbi dicit, ꝙ si in libris, vel literis mercatorū dr̄, Talis & socij, de rigore iuris vr̄ ille nominatus pro dimidia, tam in acquirēdo, quàm in obligando. Tn̄ de æquitate & cōi vsu est ꝯriū; quia ille nominatur solum, vt ostendatur, ꝙ est caput societatis: & ideo sibi & alijs quęritur pro portionibus societatis. Et sequitur ibi Imo. ibi, item ēt, quod est dictum. Dixit etiam Bal. ī d. l. si duas. ꝙ si dispositio loquētis est certa, non curamus verborum ordinem, per dictum. §. fidei tuæ committo. d. l. nec enim. Secus vbi est dubium. Et idem Barto. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. & Dominic. latè in ca. sit rector. 43. distinctio. distinguens formaliter, vt hic per But. & addit, quòd vbi ordo est appositus alternatiuè, regulariter non est seruandus. Dicit etiam post Archid. quod dicta lex, nec enim. fallit in mandatis exequendis, per ca. fi. de restit. spol. & idem Io. And. hic. Sed certè tam in mandatis, quàm in alijs dispositionibus procedit regula suprà posita. Sed lex, nec enim. loquitur, vbi constat de mēte, per prædicta. Et ita etiam Bar. in d. l. quidā consulebat.

dicens, quòd si quis opponat contra libellũ, deinde contra personam iudicis, non vr̃ ex prima approbare iudicẽ, attento ordine intellectuali. Et idẽ Bal. in l. fi. C. de iud. & alij, de quibus per Alex. in d. l. quidã. Sic ẽt intellige gl. 4. in c. 1. de iur. cal. in 6. & in §. item, si quis ita. in verbo conceptio. Institu. de inuit. stipu. ¶ Secundo declara, nisi ordo sit positus cã exempli positi pro doctrina, s̃m Car. in c. decernimus. ad fi. de iudi. ita intelligentẽ illũ tex. ubi præmittitur Abbas epõ, & eps̃ archiepõ. Facit s̃m hoc l. obligationũ substãtia. §. fi. ff. d̃ act. & oblig. vbi ex verbis dictis cã demr̃ationis nõ oritur obligatio. ¶ Tertiò declara ex dictis Bar. in l. ꝯtus. versi. & iõ dicemus. C. de fide instrumen. vcꝫ nisi contractus ex cõuentione partium debeat celebrari in scriptis: quia lꝫ ĩ vno instrumento essent tunc posita plura pacta, vnum primò, aliud post, ille, in cuius fauorem vnum pactum est primò appositum, non põt allegare istam prioritatẽ, cum iste contractus simul & semel assumat vires, cum à partibus fuerit absolutus, per illum tex. quẽ dicit esse singularem, vbi ꝯtus accipit firmitatem in oĩbus partibus, tunc demum, qñ totus completus est legi; & sequit̃ ibi Sali. ibi, item dicit: & Bal. ibi, dicens, ꝙ licèt legatur primo vnum, q̃ aliud, tñ dñr simul fieri, nec attenditur ordo: quia contractus in absolutione perficitur, quæ fit statim, cùm partes dicunt, Et ita consentimus, vel, Ita facimus. Istud est verum, s̃m Bal. nisi in ordinatis à rõne, per l. insulam. ff. qui po. in pign. ha. vbi si promisi tibi pẽsionem prioris anni, & alteri pensionem sequentis, ordo ille seruabitur: & iõ in pignoribus nobis datis, quæ si ambobus non sufficiunt, pertinent oĩa ad primum. Item illud est verũ, nisi in clausulis correctis. Alle. l. lecta. uersic. dicebam. ff. si cer. per. ¶ Quintò declara, nisi fiat nominatio aliquorum in actu denotante eorum vitia: quia primò nominantur minus digni, & tunc non arguitur ab ordine, qđ primò scripti dicantur digniores. Abb. de præb. auaritiæ. per illũ tex. iũcta suprascriptione. Ex quo no. ꝙ in ingressu carceris, vel simili actu, dẽt ꝓcedere minus dignus; qa sequi, honor est, præcedere aũt, non. Dixi in rub. de maio. & obe. ¶ Quintò declara, nisi essemus certi, ꝙ dispõ non det ordinem, But. Imo. & Dom. hic, & Dom. in d. c. si rector. Vel sumus in dubio, & ꝓiudicium sit leue, nisi essemus in mandatis, in quibus non attenditur leuitas materiæ, vt latiùs ĩ. Et hæc, quo ad seruandum ordinem literæ. Generaliter autem, quando omissio ordinis, vel formæ vitiet, dicetur statim latiùs. ¶ Circa dictum Inn. de offi. deleg. prudentiam. & Bar. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. pro quorum concordia posuit hic dñs Abb. solennes doctrinas, quibus quotidie vtimur: vide oĩno, quæ opportunè scripsi post Ab. de re iudic. causam. vbi inuenies multa copiosè & subtiliter vltra Abb. hic, quem fui sequutus, quicquid latè scribat hic And. Sicu. Et ideo in hoc aliud non est addẽdum. ¶ Nunc autem discurramus aliqua de obseruantia formæ, omissis omnibus, quę ponit hic Andre. Sicu.
6 & præsuppone, quòd † in materia ista forma, & ordo videntur capi vt synonyma, vt patebit ex infrà allegandis.

DE FORMAE Obseruantia. Primò colligentur 10. signa, quibus cognoscitur, quando detur forma. ¶ Secundò ponetur regula corroborata. ¶ Tertiò ampliabitur regula 12. modis. ¶ Quartò limitabit̃ 8. modis. ¶ Quĩtò & vltimò tota materia ornabitur, & erunt clara multa hactenus indigesta & confusa; quę si alibi aggregata reperissem, parui mihi fuisset vti breuiloquio. Sed multa multo à me collecta studio oñdere oportet sine vllo timore condictionis furtiuæ contra ea intentandę.

PRIMVM Signum formæ est, quando ab hoĩe exprimitur illud, quod inerat à iure, nõ de necessitate, sed ex honestate, aut de iustitia; quia tunc datur forma, nisi istud, quod inest de iustitia, sapiat quandam instructionem, & non concernat modum dicendi; quia tunc non dr̃ dari forma. Ista probant ex tota distinctione Abb. hic cum iuribus per eum alleg. ex quibus habes exẽpla singulorum verborum. Vide ipsum diligenter. ¶ Hoc modo intelligerẽ Bald. in l. prolatã. ibi, & no. ꝙ princeps. C. de senten. vbi dicit, ꝙ ea, quæ non sunt ordinis, possunt per principem fieri ordinis; qa quicquid principi placet, ꝙ sit ordo, est ordo substãtialis. Nã princeps nũquã apponit ordinem in rescripto, nisi cũ magno mysterio & ratione. Alleg. tex. hic, & in c. venerabili. de offi. dele. subdẽs, non eẽ distinguendum in ordine dato à principe, vtrũ sit vnius causæ ad seipsam, vel ad aliã, iuxta l. j. C. de appella. quia semper, qđ fit extra ordinẽ datũ à principe ẽ ipso iure nullũ. Quod dicit menti tenendũ. Sic ẽt intellige Bal. in d. l. j. in 3. no. dũ dicit, ꝙ præposteratio ordinis dati à iure, meret̃ appellationẽ; secus, si ẽ datus ab hoĩe: qa eius omissio vitiat ipso iure. Alleg. no. hic. Sic ẽt intellige Bal. s̃. eo. in rub. ante fi. dũ dicit, quod ordo est, qcquid principi placet, quod sit ordo, ẽtsi præposteret ordinẽ solitũ: quia ipse rerũ formas põt mutare expressè & tacitè, scđm eũ. Sic ẽt intellige Bal. in l. j. ibi, sed si diriguntur. C. qũo, & qñ iudex. Sic ẽt intellige Arch. & Dominicũ, scđa q. j. in sum. vbi bona gl. ¶ Secundũ signũ. Vbi in dispositione legis, vel hominis ponitur aliquid ꝯditionaliter, illud dicitur esse de forma. Bal. in authen. matri, & auiæ. ibi, quidã tñ dicunt. C. qñ mu. tu. of. fun. pos. Et dicit, ꝙ conditio, quæ apponitur per legẽ, nunq̃ dr̃ ꝯtinere solennitatẽ leuẽ, imò oportet, ꝙ conditio ex istat, arg. l. prætor. ĩ prin. ff. de colla. bo. Per hoc vidi alias inferri, ꝙ si ordo datus in l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iud. nõ seruatur, actus erit nullus, ẽtsi non appellatur, qa tex. ibi dicit, ꝙ deueniatur ad nomina debitorum, si immobilia nõ extiterint. & sic cũ loquat̃ conditionaliter, dat formam. Quod facit pro opin. Ioan. de Imo. & Alexand. ibi contra Barto. vt etiam dixi de re iu. quo ad consultationem. ver. remedia, & c. licèt Abb. ibi sequatur Barto. Et similiter ad alia plura inferri potest. ¶ Tertium signum. Vbi illud, ꝙ si omitteretur pararet graue præiudicium ponitur in ordine, tũc ordo legis censetur esse substantialis; secus si parat leue pręiudicium. Ita sentit Barto. in l. 2. §. prius. præallegata, per l. j. ad fi. ff. de ven. inspi. Quod dicit ibi Imo. esse menti tenendum. Et loquuntur isti, qñ sumus in dubio; si enim constat ordinẽ esse substantialem, omissio vitiat indistinctè, secundum eos. Et ita intelligitur glos. in verbo, ordine. in c. pe. de pur. cano. Et facit, quod dicetur infrà, in 10. ampliatione. Et ex his infert Bar. vbi s̃. quid si in inuentario omittitur signũ crucis? de quo dic, vt ꝑ eũ, & alios, de quibus per Alexan. ibi. ¶ Et ad cognoscendum, quando solennitas dicatur leuis, vide aliquid per Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. quẽ retuli ti. præcedenti, ex parte. in princ. ibi, & si diceretur. Et quod dicetur in 10. ampliatione allegando Abb. cons. 96. Et dicit hic Imo. post Card. ꝙ vbi est solennitas leuis, in dubio nõ pręsumitur forma, nisi aliud appareat: secus dic, si apparet, vt in d. ampliatione. Et dicit Bal. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. ꝙ est leue omne id, quod nõ est ratione munitum a. Aliquid ẽt Io. And. in Spe. de inuentario. ver. nota. additione, quid si pręfecit. ¶ Quartum signum. Quando aliquid potest interuenire post actum, nunquam potest dici illud esse de forma, sed põt appellari solennitas effectualis, quæ tribuit robur actui iã formato, sicut insinuatio donationi, & cautio testamento, in casu c. quanquã. de vsur. in 6. Ita Ang. latè ꝯs. 36. Pro decisione quęsitorum. Et ibi pulchrè, qũo cognoscantur solẽnitates substantiales. Adde Dom. in c. ut circa. §. j. de elect. in 6. vbi dicit, ꝙ qualitas, quæ potest interuenire post actum, non dr̃ esse de substantia. Alleg. glo. in verbo, tertia, in c. j. 75. dist. ¶ Et iõ dicit Card. post Zenze. in cle. causam. §. penul. ibi, nã oĩa, de elec. ꝙ oĩa, quæ sunt de substantia actus, debent explicari simul cũ actu b, per l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transa. Et sequitur etiam Imo. ibi,

a *Munitũ. Ad de idem tenentem do. Soci. consi. suo 15. inci. Visis prædictis publicis instrumentis. uersi. ad quintum artic. circa fi. in prima parte.*

b *Cũ actu. Adde, quod no. habetur per do. Soci. consi. 15. inci. Visis prædictis publicis instrumẽtis. versi. nec obstat, si repli-*

replicaretur, in 1. *parte, & verſ. ſed hic aduertendum. verſic. cum omni. & verſi. ſeq. & cõſil. 29. incip. Viſo quodã inſtrumẽto. verſ. tertiò principaliter. ibi, primum. in d. parte.*

dicens ꝙ illa ſunt de ſubſtantia actus, quæ ꝯcurrunt, vel ꝯcurrere debent cõtemporaneè cũ actu introducendo, nõ quę poſt actũ originatũ interueniũt. Et facit, quod no. Io. And. in capitulo, quã quã. ad ſinẽ. de vſur. in ſexto. dũ ponit, an illa cautio ſit de ſubſtantia, adeo ꝙ non poſſit ſequi: de quo meminit Petr. de Ancha. cõſi. mihi 416. Viſo & diligẽter põderato. ad finẽ. Dixi poſt Car. de teſtib. ſignificauerunt, & fortè tetigi s̃. eod. ad hæc. loquẽdo de ſubiunctiuo. ¶ Quæ aũt dicatur ſolennitas, & quę ſubſtantia, nõ eſt materia noſtra: vide Bar. in l. vniuerſa. C. de preci. impe. offer. vbi dicit, ꝙ omiſſio ſolennitatis, q̃ põt ſequi actũ, non vitiat ipſo iure. Sequitur Abb. in c. 2. de teſti. & Lud ꝯſ. 283. Quo ad primum. verſi. quo ad ſecundum. & alij, & quos. ibi recitaui. Et dixi ẽt poſt Abb. in c. qm̃. in prin. vt lite non cun teſt. Et dixit Io. And. in regula, nõ eſt ſine culpa, in Mercu. ꝙ illud non dicitur eſſe de ſubſtantia, ſine quo aliqñ põt eſſe actus. Vnde iuramentũ teſtis nõ eſt de ſubſtantia per c. tuis. de teſt. ubi parte volente omitti põt. Qd' dictũ vr̃ verũ, ſed exẽplũ dubiũ. Dato. n. ꝙ pars poſſit remittere iuramentũ teſti, non ſequitur: ergo iuramentũ nõ eſt de forma ſubſtantiali. Argumentũ procederet, in quantũ iura nõ permitterent expreſsè remiſſionẽ iuramenti; ſed ex quo permittunt hãc remiſſionẽ, dr̃ ſolẽnitas ſubſtantialis relaxari authoritate legis, quæ hoc põt: nõ authoritate partiũ, quæ ſi nõ eſſet lex, hoc nõ poſſet, ſecundũ Maria. de Senis in c. j. de crimi. fal. verſi. ego arbitror. dũ examinat q. Io. And. in dicta regula, nõ eſt. an teſtis non iuratus, qui dixit falſum, puniatur vt falſarius. Dixi aliquid ĩ. in 5. ampliatione. De hoc autem, quę dicatur forma, & quæ ſolennitas, vide aliquid per Car. in cle. ne Romani. in prin. de elect. dũ dicit, ꝙ expectatio Cardinaliũ abſentiũ in electione Papæ non eſt de ſolennitate. Et dixit mihi oretenus dñs meus Frãc. Are. ꝙ de modo cognoſcendi, quæ ſint de ſubſtantia, & quæ de ſolẽnitate, ipſe poſuit in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, ff. de acqui. hære. nõ potui videre. Et dixit ſe ponderaſſe dicta Bar. in l. cũ quis. ibi, non obſtat, quod dicunt. C. de iur. & fac. igno. quẽ vide. Et dicit Paul. de Caſt. in l. mancipia, ĩ prin. C. de ſer. fugi. ꝙ iſtud verbũ, Forma, non ſemper denotat ſolennitatẽ, ſed ſubſtantiam, vel quantitatẽ, ꝑ illũ tex. in verſic. eadem forma. Et gl. exponit, id eſt, eadẽ pęna. Aliquando, ſecundum eum, forma denotat tempus, authen. quę ſupplicatio. & ibi Bal. C. de preci. impe. offe. Regulariter aũt denotat ſolennitatẽ, vt patet ĩ forma teſtamenti, & in forma ſtipulationis. Et iſtud no. pro ſtatutis: quia interdũ loquuntur per verbum, Forma, vt intelligantur ſecundum ſubiectã materia, interdũ de ſolennitate, interdum de ſubſtantia ſeu de modo, ſecundũ eũ. Itẽ quæ dicantur de ſubſtantia & de ſolẽnitate, vide ẽt Ang. in d. l. cũ hi. §. ſi prætor. Ab. in c. tua nos. in fi. de ſpon. & in c. fi. vlt. nota. de condi. appo. Car. in clemen. 1. 23. q. de ſepul. Dom. infra, tit. prox. cum conſuetudinis. ĩ fi. Bar. in dicto. §. iuſſum. Innocen. in ca. ꝙ ſicut. ibi, neq; obſtat, quòd poteſt caſſari. de elect. Bal. in l. etiam. de execu. rei iu. & in l. Titia. in princip. ff. ſolu. ma. & in repe. leg. 3. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in rubrica. C. de reſcin. ven. poſt medium. & Abb. conſi. 83. Omnipotentis, &c. in nogotio Guidonis, cum ſimilibus. ¶ Quintum ſignũ. Vbicunq; eſt decretum annullatiuũ a, ibi eſt data forma; Bald. in le. 1. ff. de liber. & poſth. Sequitur Petr. de Anchara. in regula, ea quæ. ibi, hoc verum, niſi conſtitutio. de re. iuris. in 6. & repe. cap. j. ibi, quæro, ſtatuto cauetur, quòd notarij. ſuprà, tit. prox. dicentes, quòd ſi in inſtrumento ſtatutum requirit nomen contrahentis, & patris, & aui; aliàs dicit non valere inſtrumentum. Iſta irritatio actus dat formam, & ſic eſſe inſtrumento, & ſine hac forma non eſt inſtrumentum, ſecundum eos; & magis attenditur forma legis, quã rõ legis, vt latiùs per Baldum in d. l. 1. ponentem hoc ĩ vno propoſito, dę quo ĩ. in 10. ampliatione. Et adde, ꝙ vbi eſt dictum decretum conſenſus partium, in eo omittendo nihil operatur, gl. in c. ſtatutum. in prin. de reſcr. in 6. Dixi ſatis plene titu. præcedenti, cùm acceſſiſſent. ibi, tertia declaratio. & aliqd ĩ. ad fi. qntæ ampliationis. ¶ Sextũ ſignũ. Vbicunque eſt prius & poſterius, ibi eſt ordo. Bal. formaliter in l. j. ibi, ex dicto ergo Roſ. C. ne li. ter. ꝓuoca. Et iõ ſi ſtatutũ dicit, ꝙ ſnĩa debeat ferri cum conſilio ſapientis, tacitè vr̃ ſtatutum procedere ad vlteriora, vcȝ ꝙ conſilio prætermiſſio ſnĩa ſit ipſo iure nulla; quia conſiliũ eſt prius, q̃ conſiliatum. Ergo datus eſt ordo iudicij, ſm̃ eum. Et iſtud fortè procedet in conſilio ſapientis. Sed vbi aliàs ſtatutum requirit conſilium alterius in actu, iſtud non eſt propriè de forma. Bal. b in l. j. ibi, nunc ad propoſitum. C. qui admit. de quo ẽt per eum in c. 2. in prin. de feu. ſine cul. non amit. & in rub. C. de exercito. Tamen iſtam contrarietatem Bal. nõ reperi adaptatam. Et adde, ꝙ forma, quæ dẽt præcedere, eſt de ſubſtantia, & non poteſt ſequi. Bart. in l. vniuerſa. C. de precib. impe. offer. Pau. copioſè conſil. 71. verſic. ſecundò põt rñderi. vbi vide; Quãdo verò ſolennitas põt ſequi, non dr̃ de ſubſtantia, vel de forma, Bar. in d. l. vniuerſa. quem accuratè reaſſumpſi multipliciter inſiſtẽdo in ca. qm̃. in princ. vt li. non conteſt. ¶ Quę tñ dicta ſunt in hoc ſexto ſigno de prioritate actus, intellige ſanè, niſi tales actus in forma legis præmittendi concernerent præparatoria iudiciorum, ſeu præludia, quę fiunt ante li. conteſta. quia ſi à principe aliud non iniungitur, talium omiſſio non inducit violationem formæ legalis; Specu. ſolenniter in proęmio ſecundæ partis, in fi. & Barto. pulchrè, dans tria exempla, in l. ſi quæramus. ibi, quæro, quid ſi iſte ordo. ff. de teſtamen. Ex quibus verbis colligit generaliter Bal. in l. prolatam. ibi, quæro ergò. C. de ſen. Et in authen. contrà rogatus. in fi. C. ad Treb. & in l. qui crimen. ibi, ſextò quæro. C. qui accuſ. & in l. exceptionem. ibi, reuoco. C. de proba. & ſentit in l. ſi tutor. in fi. C. in q. cau. in inte. reſti. non eſt nec. & no. Pet. de Anch. s̃. eodem cæterùm. vbi retuli, verſi. limita ſecundò. ꝙ ante li. conteſt. non eſt aliquis ordo, qui prætermiſſus reddat ꝓceſſũ nullum. ¶ A qua doctrina excipe libellũ, à quo iudiciũ fundari oportet per litis ꝯteſtationẽ. Bal. in authẽ. generalr̃. prope fi. ibi, ordo iudicij. C. de epiſc. & cle. & in d. l. qui crimen. & in d. authen. ꝯ̃. ¶ Excipe etiã exceptionẽ incompetentiæ iudicis, quam tutius eſt in primis proponere. Bar. in l. qdam. ff. de re iud. & latiùs Bal. in d. l. exceptionẽ. & opportunè Alex. in d. l. quidam. poſui pleniùs de re iud. inter monaſterium. ¶ Excipe etiam caſum, qñ de hoc opponeretur. Barto. in l. ſi mancipium. in fi ff. de eui. & in l. 2. in fi. C. cõi diuidun. propter glo. in l. fundi. ff. de excepti. ¶ Ex prædictis adde, quòd etiamſi diceretur in aliqua diſpoſitione, quòd iudex poſſit procedere prætermiſſa omni ſubſtantialitate, tamen non poterit poſtponere id, quod ex forma dẽt procedere; putà facere, quod teſtis primò deponat, poſtea iuret. c Bald. in rubri. ĩ. de offi. iudi. ibi, quid ſi ſtatutum dicit. quod eſt aureũ ad prædicta. Et pro eo, quod eſt dictũ, non poſſe id ſequi poſt actũ, quod lex requirit præmitti, vide Abb. poſt alios in ca. de teſtibus. ad fi. de teſti. dũ ponit, iuramẽtum teſtis non poſſe ſequi poſt depoſitionem, & ibi inſiſtunt Scribentes, quorum dictum amplia no. vt proxime dictum eſt. ¶ Septimum ſignum. Vbi in diſpoſitione dicitur, ꝙ aliter fieri non poſſit, vel ita demũ fieri poſſit, ibi eſt data forma, & ei renunciari non põt, Bar. in l. fi. ĩ fi. ibi, quęro, an ciuitas. C. de ven. re. ciui. lib. 11. dum dicit, ꝙ

a Annullatiuũ. *Adde, qđ habetur per dominũ So. cõſi. 45. inci. Viſa appellatione. verſic. reſpondetur, quòd imò. cir. medium, in j. parte.*

b De forma. *Pro qua materia vide ſing. Hoſt. & Doc. inc. cũ olim. vbi Panor. in ver. ſed pro clariore intelligentia, infra, de arb.*

c Poſtea iuret. *Prout in hac ciuitate Venetiarum practicatur, quod miror. Saluãt tamen hoc eſſe de conſuetudine ciuitatis: quod an talis conſuetudo ſit approbata, hic nõ diſcutio, cùm etiã in cã cuiuſdã mei amici contrarium dictę conſuetudini fuit obtentum.*

forma statuti posset discrepare ab illa. Et sic sentit, ꝙ illa sit forma, ſm Lud. consi. 402. In proposita cōsultatione. Pro quo vide ēt Bar. in l. de his. per illum tex. ff. de trāsac. vbi dicit, ꝙ ista verba non aliter disponunt circa formam, cui renunciari non pōt. ¶ Octauum signum. Qñ dispō apponit tps: q non obseruat tps, dr non obseruare formam. Bal. sing. in auth. quæ supplicatio. propè fi. C. de preci. impe. offe. per tex. in l. scire oportet. §. ꝯñs. ibi, non aliter audiri, si non fuerit conseruatum constitutum tps. ff. de excu. tu. Quod dicit benè notandum ꝑꝑ constitutiones ecclesiæ imponentes metas tpum. Sequitur Brixi. in repertorio in verbo, forma. dicens ex hoc haberi nouiter rōnem, quare collatio sacrorum ordinū facta extra tpa à canonib. præfixa, caret debito effectu. Dic tñ, ꝙ character imprimitur, vt per Host. de tempo. or. §. qualiter. ibi, sed nec conferendi. ¶ Adde ēt pro isto signo Bal. ī l. oēs ppli. vers. Vnde si statutum requirit tps, ff. de iusti. & iu. & benè faciunt dicta Bar. in l. non solùm. §. sed vt ꝓbari. ff. de ope. no. nunc. ¶ Ad idem, qđ no. Bal. in c. licet. de transla. epi. quē referā ĩ. in xj. ampliatione, ꝓpe ver. vbi aūt non datur forma. & benè faciunt, q̄ ponit Lud. cōsi. 204. Pro discutienda. ver. quo aūt ad scđm. ¶ Limita hæc primò, nisi dispō præfigens tps, daret iudici arbitrium in procedendo: qa poterit iudex prorogare tps, & nō dicet de forma: secus, si daretur arbitrium in decidēdo tantū. Bar. in l. si in lege. ff. loc. latè Pau. de Cast. in l. q Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obli. & ibi latiùs Alex. ad fi. versi. vltra prædicta. Ad qđ vide ēt Pau. consi. 324. In Christi noīe, vr dicendum, ꝙ dicta declaratio. quem retuli ti. precedentis ex parte. ibi, sextus casus. ¶ Limita scđò, nisi materia sit talis, in qua re integra liceat purgare moram: qa si aliud non disponit, valebit ēt actus factus post tps, & maximè, vbi non mandat studiosè tps seruari ꝓ forma substantiali, sed ad bene esse. Et istud cognoscetur attenta subiecta materia. Abb. latissimè ꝯs. 94. Statuto ciuitatis Grossetanæ, licet de Bal. nihil dicat. Ad idem pondera ꝯsilium Pauli proximè allegatum. Et ista faciunt ad q. de qua per Pau. in dictis consi. s. an valeat sñia lata post tps præfixum instantiæ, de quo dixi de iudi. venerabilis. Adde etiam Bal. in authē. iubemus. ad fi. C. de iud. vbi dicit, ꝙ si bannito debet assignari terminus x. dierum, aliàs habeatur pro confesso, nō pōt tempus prorogari: qa vbi elapso termino legis, vel statuti, incurritur pęna, illud tempus dr de forma. Alle. gl. in c. j. in verbo, tertiam vocationē. de mili. vasal. qui contu. est. Vide Bal. in l. de die. ff. q satis. cog. cum concor. quas dixi de ap. cùm sit Romana. ver. limita quartò. ¶ Nonum signum. Vbi statutum prouidet aliter, q̄ ius cōe, super confectione actus, dando iurisdictionem modificatam, omnia censentur de forma. Pet. de Ancha. consi. mihi 31. Visa quadam petitione. in prin. & consi. 6. Viso themate. ibi, & aduertendum. Alle. gl. tritam. in cle. j. in verbo, inhibentes. de iure pa. quæ dicit: secus, si iam data esset iurisdictio pura: quia commissio sequens cum certa qualitate, non inducit formam, nisi aliud exprimat. de cuius intellectu scripsi ti. præcedēti, ex parte. ꝯsiderat is quinq; casib. non ordinatis ab alijs. ¶ Decimum & vltimum signum est, quando in statuto, vel alia dispositione esset rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ: quia tunc disposita sub rubrica erunt de forma. Maria. in c. 2 ibi, & aduerte: quia sicut petitur. de libelli obla. ¶ Modos aūt cognoscendi formam in rebus corporalibus, vel incorporalibus, latissimè inuenies per Bar. in tractatu, de alueo, super verbo, amissa forma. ¶ Et forma accidentalis dr illa, quę mutata subiecta materia non desinit esse eadem, iuxta l. proponebatur. ff. de iud. ¶ Substantialis est, quæ dat esse rei, sicut homini aīa, cle. j. de bap. vt latiùs per eum ponentem multa non attinentia ad propositum nostrum, de quib. etiam per beatum Tho. & Aristotelem locis allegatis per Brixien. in verbo, forma. ad fi. Cui adde prædicta non vulgata. ¶ Modò ponenda est regula cum ampliationibus 12.

a Sunt nulla. *Ad de do. Alex. consi.* GESTA Contra formam sunt nulla. a Ista rła probatur hic, ibi est tex. principalis, & in ca. Pisanis. de rest. spo. & in c. venerabili. de of. dele. & in l. cū hi. §. si prætor. ff. de transact. ¶ No. pulchrè But. in c. cum olim. ibi, oppono. ꝙ factum. de cā pos. Et ideo dicit Imo. in l. si quæramus. ibi, hoc tñ limita. ff. de testa. ꝙ licèt peruersio in proponendis exceptionibus rīr nō vitiet, vt per Bar. in l. quidam. ff. de re iudi. cum concordatis s̄. in 6. signo, tñ fallit nisi esset data forma in mādato, per c. exhibita. de iudi. & est dictum Spe. in loco allegato s̄. in 6. signo. ¶ Et hinc est, ꝙ si statutū requirit pro forma aliquod præambulum ante citationem, illo omisso citatio non valet. Bal. in l. 3. §. Officius. in lec. antiqua, ff. ne quis eum, qui in ius. Et ideo dicit Inn. in c. cùm consuetudinis. ĩ. ti. proxi. cū concor. ibi dicendis, ꝙ vbi requiritur interpositio authoritatis, requiritur formaliter illud verbum, Authoritas, & non sufficeret aliud simile. Latè ēt deducit hāc rłam Cal. in disp. Statuto ciuitatis cauetur, ꝙ si ab actore. vbi allegat multa iura de necessaria obseruantia formæ ad inducendam validitatem actuum. Et ideo Domi. in c. 2. ibi, istud credo. s̄. eo. dixit, ꝙ licèt ordinarius possit aliqñ supplere ex officio deficiente parte, quæ se astringit: gl. in c. si fortè. de ele. in 6. dixi in d. c. 2. tñ secus in delegato habente formam: quia non potest eam transgredi, ꝓ prædicta. ¶ Et dicit Inn. in c. fi. in j. gl. de sac. lite. ꝙ si quis ordinatur non seruata forma data à canone, est tantæ necessitatis illa forma, ꝙ oportet supplere, quod est omissum; aliàs non imprimitur character. Pōt tamen Papa illā formā non obseruare, vt ipse expresse sentit, & eū allegaui in c. j. in prin. quartæ fallentiæ, s̄. ti. proxi. licèt impressores malè scripserint, allegando Inn. c. j. de sac. vnc. ¶ Et dicit Rota de re iud. 8. in nouis, ꝙ si delegatus datus à domino feudi hēt commissionem de iudicādo inter vasallos, non pōt domino aliqd adiudicare: qa egrederet formam. Et dicit Bal. in authen. habita. C. ne fi. ꝓ pat. ꝙ vbi numerus doctorū est statutus ꝓ forma substātiali, nō potest cancellarius studij in creando doctore recedere à dicto eorū, ētsi grā, vel odio deponant: secus, si non pro forma, sed ad inquisitionem. Et dicit Rota de iudi. 14. in nouis, ꝙ delegatus datus, vt informet se de mala fama, non pōt se informare de bona. Et dicit Tho. Fastoli dubio Rotæ, 23 Item fuit consultum per Aegi. ꝙ mandatarius pro ordine & singulis de ordine, non est idoneus pro vno cōuētu: qa ad id non extendunt fines mādati. Et dicit Lud. cōsi. 255. Approbo sñias. ꝙ procurator habens mandatū ad acceptandum vigore vnius gratiæ, non pōt acceptare ex alia. Et dicit Bal. de ap. nouit. ꝙ nūcio & ambasciatori nihil est imputandum, nisi mandatum excedat. Et dicit Bar. in l. j. ff. de condi. inde. ꝙ vbi est defectus formę, non oritur obligatio ciuilis, nec naturalis. Et dicit Bal. ī c. fi. de dolo & contu. ꝙ nuncius nō ampliat, nec restringit formam mandati. Ideo non substituit, nisi aliud contineatur in mandato: qa in nūcio præsumitur electa industria personæ. Quod vltimum repone accuratè. Secus dic in procuratore ad negotia, nisi constet electam esse industriam personæ. Lud. consi. 266. Iste Petrus. Et dicit Domi. post Host. in c. Romana. §. sed nec. de sen. excom. in 6. ꝙ excommunicatio lata ꝯ formam mādati est nulla, vbi aliàs nō data forma esset iniusta. Sic intellige gl. 2. ibi, sexto. in c. præsenti. de senten. excom. in 6. & dixi in c. cùm sit. ad fi. ibi, fallit primò. de app.

23. 4. parte, & eū vide in cōs. 37. Itē adde Richar. & Sali. in suo consi. licèt statutum disponat. & Flo. in l. j. si men. fal. mo. dix. & adde do. Soci. cōs. 35. incip. prosequendo ordinē. ver. verùm, qa ibi, & pro parte, in 1. parte.

AMPLIA Primò regulam, Nedum si aliquid fiat ꝯ formam, sed ēt si præter, vel citra. Ioan. And. in c. prudentiam. super verbo, citra. de of. deleg. dicens per illum tex. æquiparari hic, Cōtra, Citra, & Præter. Ad idem allegat ca. si cui. vbi glo. de elec. in 6. & allegat post Hostien. tex. Deutero. cap. 12. in fi. vbi dr, Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas. Idē Io. And. in c. cùm Marthæ. super glo. 2. de celemis. per tex. Apocalypsis vlti. cap. vbi dr, si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas, & si

& si quis diminuerit, auferet Deus eius partẽ de ligno vitæ. Facit tex. Apostoli ad Timotheum 5. cap. a 5. c. a ad fi. dicẽs Testor Deũ, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alterã partẽ declinando, & ibidẽ 6. c. cũ fi. Præcipio tibi corã Deo, vt serues mãdatũ sine macula. Et dicit Bal. ĩ l. fi. C. de su. & legi. ꝙ formæ nihil addi, vel detrahi põt. Alleg. Bar. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & posthu. quia quod perfectũ est, non suscipit in se ex interuallo magis & minus, per l. 2. C. de manu. vin. Et dicit, ꝙ verba ꝯctus sunt forma ꝯctus. Et dicit Amb. in lib. de paradiso, Si quid addas, vel detrahas, præuaricatio vĩ esse quædam mãdati: simpliciter. n. & purè mãdati forma tenenda est, vel testimonij series intimanda. Nihil igitur, quod bonum vĩ, addendum est, si qs vnum mandatum custodit, & aliud præuaricatur, nihil ei prodest. Hęc ille. Et facit, quod narrãt Historiographi de Iulio Cæsare, qui cùm in domandis hostib. 5. annorũ spatium sibi permissum pertrãsisset, licèt gloriosè triũphasset, honor tñ sibi debitus denegatus est, nec vrbem ingredi permissus est, eo ꝙ vltra terminum sibi præfixum moram traxisset. Et legiẽ de Petronio Romano, quem cum Caius Caligula Imperator Legatum misisset in Syriã cũ mandato de debellandis Iudęis simulacra sua recusantibus, videns innumerabilem stragem futuram ob eorũ fixam pertinaciam, rescripsit Imperatori imminere Romano imperio grauẽ infamiam, si mãdatũ adimpleret, ob qđ Caius ei rescripsit, vt propria manu se occideret, vt discerent oẽs, nõ esse Imperatorũ mandata paruipendenda, vt hr̃ in supplemento Cronicorũ, lib. 8. fo. 8. Laudabilis tñ fuit sua supersedentia, per ea, q̃ dixi s̃. eo. si qñ. Et istam ampliationem tenet ẽt Ab. in c. cãm. de re iu. & in c. Pisanis, de resti. spo. & Cardi. in cle. j. in prin. in 6. q. 3. col. illius q. ibi, scđò potestas. de sup. neg. pl. Et ideo dicit But. in d. c. Pisanis. septimo no. ꝙ omissio formæ in qualibet minima qualitate processus, vitiat totum ꝓcessum. Benè faciunt verba Arch. de cõsec. dist. 4. capi. si non sanctificatur, & Host. de bap. §. quæ sit. ibi, qđ si aliq d. vbi dicunt, ꝙ non licet interponere in baptismo alia verba in forma, nec addere: putã, & oĩum sanctorũ. Et in hoc cõueniunt oẽs Doc. Ergo eis credamus, ſm Host. Facit ẽt, qđ dicetur ampliatione xj. & sequenti. Tñ, vbi non est data forma, ista differũt: qa ep̃s non p̃t statuere ꝯ canones, tñ põt statuere præter, gl. in cle. ne Romani. in verbo, tolli. de elec. ſm Dom. in d. c. si cui. & Abb. in d. cap. prudentiam. in prin. & per eundem in c. sup quæstionũ. §. verũ. ibi, sed dubito. eo. ti. dixi in c. qđ super his. in 7. fall. de maio. & obe. ¶ Amplia scđò etiam in eo, quod verisimile est esse de mente concedẽtis, sicut illud, quod est pro forma expressum. Vin. & Host. de iud. exhibita. & ibi recitat Abb. ibi, vnde dicit hic Vin. & idem dicit Bal. in rub. ĩ. de iudi. ibi, & hoc verum. dicens, ꝙ quando mens superioris est de ordine, si omittitur, non valet processus. Alleg. d. c. Pisanis. ¶ Amplia tertiò ẽt in his, quæ sunt concomitantia expressis. Bal. in c. j. de re iud. dicens, ꝙ sicut non valet sñia ꝯ substantiam formæ mandati, ita nec ꝯ qualitatem formæ siue concomitantiæ, per d. c. Pisanis. vbi nedum debuit fieri restitutio, sed plenaria restitutio. Et ibi dicit Abb. in 4. no. per illum tex. ꝙ non solum corruent gesta ex defectu formæ mandati, sed etiam, quando ad plenum non adimpletur mandatum, quando in actu datur certa forma. Ad hoc de ꝯcomitantijs faciũt, quæ dixi s̃. eo. super literis. versi. an sua sit iurisdictio. ibi, amplia secundò. & in ca. causam. vers. interpretatio rescripti. s̃. eo. & per Phil. in c. vt debitus. de appel. dum discutit, an ille tex. procedat in delegato dato simpliciter sup grauamine, an possit cognoscere de toto in casu grauaminis. ¶ Amplia quartò, ẽtsi transgressio formę inducet faciliorem expeditionem commissionis. Ita allegat gl. 2. in c. solet. de sen. excom. in 6. vbi delegatus non potest absoluere ad cautelam, excedendo commissionem, licèt faciliùs posset ex ea sequi expeditio causę. Et ibi colligit Domi. in prin. ꝙ licèt veniant in commissione ea, sine quib. causa expediri non posset, de offi. deleg. prætere. non tñ ea, per q̃ cã commodiùs expediri posset. Facit ad hæc authoritas Ambrosij in lib. de paradiso, allegata s̃. in j. ampliatione, dũ dicit, Nihil igitur, qđ bonum vĩ, addẽdum est. Facit ẽt l. 3. §. in bello. ff. de re milit. vbi imponitur pœna mortis duci belli, qui ꝯ mandatum conseruit manus cum hostibus, ẽtsi eos fudit. Hic narrant Historiographi Q. Fabium, quãuis magna victoria superasset Samnites, tñ ad mortẽ dãnatus fuit à Papyrio dictatore, ꝯ cuius mãdatum bellum gesserat eo absente, licèt impetu populi à morte liberatus fuerit, vt per Liuium 9. lib. no. Io. de Lig. in tract. De bel. c. 29. & est tex. in c. fi. 22. q. 2. Dixi de ma. & obe. illud. ¶ Amplia quintò, etiamsi partes ꝯsentirent trãsgressioni formę datæ in rescripto, But. in d. c. prudentiã. in prin. ibi, scđò partiũ ꝯsensus. Allegat tex. hic, & in d. c. venerabilis. Idem Bar. ĩ d. l. de his. ff. de transac. & Bu. de fo. cõpe. si diligenti. ibi, fallit scđò. cũ ꝯcor. quas ibi dixi in 2. fallentia, inferendo ex hoc ad septem corollaria, q̃ ibi vide. Et idem ibi no. Bal. in l. j. q admitti. & in trac. schisma. in vers. prædictis quoque accedat. posito in rub. C. si quis aliquem testari prohi. Et dixit Imo. in l. quicquid astringendæ. p illum tex. ff. de ver. obli. ꝙ si millies partes sint in concordia, vt forma non seruata habeatur ꝓ expressa, nihil operabitur talis conuentio, vel voluntas ipsorum: qa oĩs solennitas, seu substantialis forma est iuris publici, l. 3. ff. de testa. & in l. nemo põt. ff. de leg. j. Et ideo non lęditur pacto priuatorũ, vt ibi per eum inferentem post Ang. ad cle. appellãti. de app. per quã dicit, ꝙ nõ sufficit dicere appellãti ab interlocutoria, Habeantur causę grauaminis ꝓ expressis. Et ꝓ hoc vlti. facit, qa partes non possunt vti cl'a, Pro expressis habẽtes. & c. c. qui ad agendum. de procu. in 6. l. sed & si qs. §. q̃situm. & ibi Ang. ff. si quis cau. Licèt secus ĩ principe, l. oẽs. & ibi Ange. C. de præscri. 30. anno. dist. xj. ĩ. eo. nonnulli. in prin. in 2. fallentia. Et pro ista ampliatione quinta est elegans ꝯsiliũ Signorelli de Homodeis, 21. incipiens, In processu facto contra Petrolum. vbi vult, ꝙ formæ datæ à statuto non potest inquisitus renunciare. ¶ Limita hæc, Nisi forma rescripti esset merè in fauorem partium. Abb. in c. fi. §. is autem. 2. no. de of. dele. extollens ad hoc illum tex. vbi forma data de procedendo personaliter, potest omitti de cõsensu partiũ b: imò sufficit tacitus earum cõsensus, secundum eum, ꝑ gl. no. eo. ti. olim. lo. j. in gl. pen. ibi, scientib. partib. Procedunt autem prædicta, quãdo forma est data à lege: Vel si est data in rescripto, concernit publicam vtilitatẽ, vel partes ꝯdicunt. Et idem no. Abb. in c. super quæstionum. §. verum. de off. dele. in d. c. olim. & in c. prudentiã. ĩ prin. ibi, nec est verum. eo. ti. & in c. cãm. ad fi. ibi, Host. tñ. de re iud. & Domi. hic allegando Inn. in d. c. prudentiã. Et scđm prædicta intellige quedã dicta allegata per And. Sic. in d. §. is aũt. Facit ad hæc, qđ no. Ab. in c. tuis. in 3. no. de testi. dicens per illum tex. ꝙ solennitas substãtialis, & formalis inducta in fauorem partium p̃t ab eis remitti, qđ dictum est falsum, qa id, quod est substantia, non potest per partes remitti. Vnde non possunt facere, ꝙ esset emptio & venditio sine pretio, vt per Are. in d. c. tuis. pro quo vide Io. And. in r̃a, non est sine culpa. vers. in ꝯrium. de re iud. in 6. in Merc. vbi volens probare, ꝙ iur̃m non est de substantia in teste, arguit, si põt à parte remitti, Ergo non est de substantia. Si enim esset de substantia, non esset remissibile, quia actus non potest esse sine substantialibus, c. in quadam. post princi. de cele. mis. cle. j. de sum. trini. ſm eum. Et dicit Bal. in ca. consanguinei. quasi in fi. de re iud. ꝙ iur̃m testis est de ordine, non de substantia. Tamen, quod sit de substantia, firmat Maria. quem allegaui s̃. in quarto signo formæ, ad fi. respondendo verbis Io. And. in d. regula, non est. ¶ Si tamẽ ista forma respiciens fauorem partium, haberet clausulam decreti, non posset ei renunciari, per cap. dilecto. cum glos. in verbo, clausula. de præben. cum concord. datis titu. preceden. cap. cùm accessissent. de quo aliquid paulò pòst. ¶ Idem fortè est quando pars non consen-

a *Adde a Deuteronomij 19. cap.*

b Consensu partium. *Vide omnino per do. Alexã. l. ius publicum. ff. de pac.*

ferit simpl̄r omissioni formæ, sed vult omittere formā,
& transire ad casum non expressum; quia etiamsi ille ca
sus hēat in se maiorē rōnē, nō fit extensio. Sic intellige c.
cui de non. de præb. in 6. Nam si ille vellet in totū renun
ciare formę & gratię, certū est, ꝙ posset. Sed formā gra-
tię extendere, vel mutare non potest, ēt ad casum faci-
liorem: quia diuersus est. Ergo sub literis non comprehē
sus, maximè cum illa forma respiciat taxationē & limi
tationem gratię, vt habuimus s̃. eo. super literis. Et p̄ d.
c. cui de non. dr̃, quòd in dispositione hominis nunq̄ fit
extensio ad aliū casum ēt à maioritate rationis, ſm Imo.
in l. si verò §. de viro. ibi, itē hoc in extēsione fiēda. ff. sol.
ma. Et de illo tex. ad propositum formæ non remissibi-
lis, meminit ēt gl. fi. paulo ante fi. in c. si super gratia. de
of. dele. in 6. ¶ Pro p̄dictis benè facit cle. sępe, in fi. d̄ verb.
7 sig. vbi † licèt in cōmissione detur forma procedēdi sū
mariè, tamen de consensu partium pōt procedi nō sū-
mariè. Et per illum tex. soleo mirari, quare ē, ꝙ Ludo. in
repet. rub. ff. de arb. ver. an tamen. usus est trepidatione a-
liàs negādo, aliàs firmādo, ꝙ valeat p̄cessus arbitri, cui
partes cōpromittentes dederāt formā, ut procederet si-
ne iuris ordine: & eis nō opponentibus seruauit iuris or-
dinē. Qm̄ vltra hoc dixit etiā Bal. in l. nulla. ad fi. ff. de
leg. ꝙ si mandatur iudici, vt procedat summariè, & de
plano, modò iudex procedit ordinariè, valet processus,
per illā legē, tū p̄p̄ aurea verba Inno. in c. nouit. post prī.
de iudi. vbi dixit, ꝙ seruare ordinem iudiciarium non
pōt nocere. Quæ verba extollit Bal. in l. testamentum.
post prin. C. de testa. in auth. offeratur. C. de li. cōtesta. in
l. nō dubiū. C. de leg. in l. obseruare. §. p̄ficisci. ff. de offi.
procons. no. Bar. in rep. l. 3. ibi, ad rationes. C. de pig. & in
extrau. ad reprimendū. in vers. possit. Et intellige semp̄
de consensu partiū ēt tacito, per d. cle. sæpe. in uer. nō ꝯ̃-
dicentibus. Et esto memor, ꝙ si partes acquiescunt ob-
seruantiæ ordinis iudiciarij respectu vnius actus, non te-
nent̄ acquiescere ī alijs actibus, vt est ibi gl. aurea in ver.
partibus, ad fi. per q̄̃ ad totā hāc ampliationē subintelli-
ge, quòd tacitus consensus limitatus non egreditur limi
tē. Et eā gustat Abb. in c. qm̄. de proba. c. si quis ꝯ̃ clericū.
de foro compe. in c. præsentium. de testi. Pau. cons. 25. se-
cus dicens in consensu expresso, vt ēt vult gl. præalle. Cō
cordat ēt illi gl. dictū Inn. in c. cum uenissent. in fi. de test.
vbi vult, ꝙ tacita renunciatio non operatur in alia instā
tia. Sequitur Bu. in c. cum olim. de censi. & facit cōs. Lu.
353. Quo ad primū. ad fi. Quæ no. Caue ēt, quia nō est ex
abrupto firmandū, ꝙ formæ datæ à lege renunciari nō
possit, cum concernit merè fauorem partium, lꝫ multi,
quos allegaui in d. c. diligenti. simpliciter hoc innuāt, p̄-
sertim Bu. ibi post Bar. in l. ius publicū. ff. de pac. in l. de
his, ff. de transac. qm̄ in ꝯ̃rium faciunt, quæ dixi in c. 2. ī
6. fallen. de fi. instru. Et fortius Rota, de elec. j. in nouis,
& Thomas Fasto. dubio Rotæ. 13. Item dubitatur. nam
cle. causam. de elec. dat formā intimationi. partim ibi,
ita demum. & ibi, non aliter. iuncto 7. signo, de quo s̃. Et
tamē si appellatus vult prosequi illam appellationē nō
deuolutam, nec legitimè intimatā, pōt renunciare fauo
ri & nullitati intimationis inductis per istam cle. & est
ibi gl. in verbo, deuoluta, quia est merè in fauorē appel-
lati: nisi respondeas, ꝙ ibi lex vltrà procedit temperādo
illā formā in quantum vult, quòd notitia certa habita
infra mensem de illa appellatione, æquipollet solenni
intimationi. Ergo forma illa est relaxabilis per suū ęqui
pollens, l. permittente. Etsi replicares, ꝙ illa notitia de-
bet interuenire j̃. mensem; ergo elapso mēse forma non
vr̃ admittere uires annullatiuas deuolutionis: Posset re-
sponderi, ꝙ ex quo illa forma est iā facta l. permittente
alterabilis per vnum modū, scilicet notitiæ habitę in-
fra tēpus, vr̃ etiam alterabilis per alium modū omnino
ęquipollentē, imò faciliorē, videlicet per notitiam habi
tam quamuis post mensem, & voluntatem eius, cui prī
cipaliter uolebat fauere forma illa, arg. l. cum pater. §. 15.
de leg. 2. Sed sòla notitia post mensem hoc non opera-
tur, p̄ illum tex. Cogitabis visis benè oībus præallegatis.
Sed quicquid dicatur, videtur, quòd ētsi lex dat formā
etiam cum clausula decreti, possint partes renunciare
duobus ꝯcurrentibus: Primo, ꝙ illa forma sit merè in fa
uorem earum nō mixto fauore alterius: secundo, dum
modò vtriusque partis consensus accedat; secus, si vnius
tantū. Ita firmat Dom. post. Inn. in c. statutū. §. cū vero.
ver. conclude, ſm d. Io. de rescri. in 6. ita procedit, quod
dicit ibi gl. in verbo non committantur. Nā ipsa vult, &
firmius prædicti, ꝙ licèt in fi. illius ca. statutū. sit genera-
lis clausula decreti, tamē possint partes renunciare illi
tex. in §. cum verò. cū sit merè in fauorem partiū. Et hoc
no. q̄a non fui memor referre in d. c. cū accessissent. Est
verū, ꝙ isti non loquunt̄ qn̄ ē data forma: sed ēt tūc idē
est, vt dixi ī prin. huius limitationis. Sed horū decisio no
ta est, dū loquūtur ēt, vbi est clausula decreti: qđ nō legi
alibi. Et multi, quos allegaui in d. c. cum accessissent. te-
nent ꝯ̃rium, maximè Abb. in c. dilecto. de præben. dū di
cit, ꝙ ēt si decretū ponit̄ in materia merè partibus fauē-
te, nō possunt renunciare, per illū tex. Cui tn̄ respōderi
p̄t, ꝙ ētsi materia ꝯcerneret ibi fauorē capituli, tn̄ actus,
quē Papa p̄hibebat, videbat̄ prohiberi ratione inhone-
statis: quia multi per potentiā tentassent, vt canonici
frāgerent numerū, vt ipse dicit. Tn̄ ēt Inno. ibi in fi. ibi,
vel scđo. expresè vult, ꝙ clausula decreti irritātis tollit
consensum partiū, p̄ illū tex. d. c. cui de nō. Et idē Car. ꝯ-
si. 73. Omnes à me. dicens, ꝙ extra casum §. in nullo, nul
li particulæ d. c. statutū. p̄nt partes renunciare p̄p̄ decre-
tum ibi in fi. positum: & idem pleriq; adducti in d. ca. cū
accessissent. & expresè gl. in d. §. cū vero. dū no. fi. illius
c. sed acquiescet stylo curiæ. Non dicas, ꝙ est alia gl. cla-
rior in d. c. statutū. in prin. quia ille respicit prin. c. cuius
prouisio non tāgit merè fauorē partiū, sed honorem se-
dis Apostolicę. Sed gl. in §. cū uero. loquitur in casu me-
rè partes respiciente. Et super istis ꝯ̃rietatibus cogita-
bis; q̄a nō reperio cōponentē eas, & forte in verbis Dom.
in d. §. cū vero. dū dicit hæc uera, vbi est clausula decreti
deficit. & non debet dicere, vbi nō est clausula decreti;
& si sic staret, nō esset opus laborare aliter in hoc pūcto,
& esset salua mens Doc. quam puto procedere, etiamsi
Dom. non esset corruptus, prout puto eum esse. ¶ Am-
plia sexto, etiāsi solennitas, quæ est d̄ forma, sequat̄ actū
ut s̃. in quarto signo, & latè Bal. in l. j. ibi, extra quęritur.
C. qui admit. inferens, ꝙ consensus propinquorū requi-
situs à statuto in ꝯ̃ctu mulieris, non pōt sequi; quia cū
sit de forma, nihil operatur, nisi īteruenitat ī actu. ¶ Suf-
ficit tn̄ quòd īteruenitat antè quàm diuertatur ad actus
extraneos, ut latiùs per eū concludentem, quod nō suf-
ficeret ratificatio. Sequitur Pau. de Ca. in l. si cū dotem.
§. eo aūt tempore. ff. solu. mat. & Alex. in l. j. §. fuit quęsi
tum. prope fi. ff. ad Trebel. & Imo. post But. in c. cū ꝯsue-
tudinis. j̃. ti. proxi. & And. Sic. in c. causam matrimonij.
de off. dele. & Car. in c. fi. de ma. & obe. no. Bar. in simili,
in l. si vni. in fi. ff. de re iud. & Bal. in l. excutorem. de exe-
cu. rei iudi. Et hinc est, quòd in actu nullo non cadit ra-
tificatio. Ioan. And. in regula, ratum, in Mercu. de quo di
cetur in d. c. cum ꝯsuetudinis. ¶ Amplia septimò, etiāsi
alius subrogatur habēti expedire actum cū forma, quia
tacitè cēsetur subrogatus, ēt quo ad illam formam. Bal.
in l. si puella. C. si māci. ita ali. fue. dicens, ꝙ si testator de-
dit formam distributioni piorum legatorum, vt fiat cū
consilio prioris Prædicatorum, & executor decessit, vel
fuit negligens, & eius loco successit episcopus, tenetur il
lum priorem consulere: aliàs non valebit actus. Ad qđ
vide, quæ latè dixi in d. c cùm accessissent. ibi, pro isto di
alio ita declaratum. Nec iſta ꝯſiderauit hic An. Sicu.cu-
ius mẽtionem facio, q̄a raró aliquid addit vltra prolixã
recitationẽ aliorũ Scribentiũ,neq; de vſurpatione dicto-
rũ ſuorũ,aut cuiuſq̃ põt me q̄ſpiã notare,cũ ei attribuã-
tur

b Eccleſiæ. *Vide no. in l. iubemus. C. de ſacroſan.eccleſ. & Bal.in prę lud. feud. vlt. col. & in c.1. qualiter domi. proprie. & vide Car. in cle. 2. §. 1. poſt gloſ. de hære. & in cle. 1. §. cæterùm.de priuil. & adde Bald. in l. meminerint. C. vnde vi.*

tur, q̃ sua sunt, q̃ñ aliquid boni adducit. Et de hoc magis credas experientiæ & oculatæ fidei, q̃ morsibus inuidorũ æmulorum, eis me tandem respondere, q cogent, in fi. p̃sentis opusculi. ¶ In ea. gl. in fi. Cõis * opinio, Doc. hic, & in plurib. locis, de quib. ĩ. eo. est, ꝙ lr̃æ ad lites non vitientur ipso iure ꝑ surreptionẽ, sed oportet, ꝙ ope. exceptionis irritentur. In lr̃is autẽ beneficialib. secus est, qa sunt ipso iure nullæ absq; alia exceptione. Et ex his faciamus duas rr̃as ampliando & limitando opportunè eas insertis plurib. dictis ab alijs non reductis, licèt do. Ab. hic nõ ponat, nisi de 2. rr̃a, s. in beneficialibus, & de prima dicat se posuisse in cap. cæterum. s̃. eo. vbi dixit quædam br̃. Et cum dictis Doc. transit hic And. Sic. recitata ad lr̃am tota ista gl. & omnib. commentis Doc. hic, de verbo ad verbum, insertis quibusdam suis motiuis, de quib. fiet mentio. ĩ. quatenus aliquid importabunt. Et no. ꝙ hic nõ tractat de alijs vitijs lr̃arum, sed solùm de vitio surreptionis. Vnde de alijs vitijs dic, vt traditur in locis suis, vt putà de vitio Latinitatis dic, vt s̃. eo. ad audientiam. De vitio generalitatis dic, ꝙ vitiat ipso iure, s̃. eo. ad hæc. Idẽ, si impetrans caruit mandato, s̃. eo. c. nonnulli. Et ibi de effectu distantiæ loci. Et de multis aliis, quæ obiiciuntur ꝯ rescripta & plerunq; reddunt ea nulla, vide Spe. de rescr. præsenta. inc. per totum. Est ergo in principio propositi facienda prima regula in hunc modum.

17 LITERAE ad lites surreptitiæ † non sunt nullæ ipso iure, sed ope exceptionis, & probatur in c. si autem. & in c. plerunque. s̃. eo. vbi ꝟm rescriptum impetratum per subreptionem, i. per taciturnitatem primi, non est nullũ. Patet: quia si esset nullũ, nõ ꝯualesceret data negligẽtia primi impetratoris. Et ista inductio approbat̃ ab omnibus in d. c. cæterum. vt ibi dixi examinando de iurib. secundi rescripti nõ facientis mẽtionẽ de primo. Et istam rr̃am p̃supponunt ẽt ꝓ vera oẽs allegandi in sequentib. fallentiis, & latè eã firmat Aeg. Bel. dec. Rotæ 84. inc. executoria. in princ. & Rota de offi. deleg. 13. in nouis, Item si cã. & Bu. in c. p̃terea. ver. quartus casus. de dila. Et pulchrè Nic. Myl. in repertorio, in verbo, rescriptũ. §. 34. incip. rescriptũ ad lites. & Rota de app. 62. si aliqs iudex, in antiquis, & Imo. in capitulo, cũ nr̃is. vers. aduerte tñ. de ꝯces. præb. & amplissimè Host. in summa huius ti. §. quæ possunt obiici. 14. col. vers. sed nunqd processus authoritate illarũ, cũ plurib. col. ibi seq. vbi ponit de validitate ꝓcessus facti ꝑ lr̃as subreptitias. ¶ Ampliat̃ ista rr̃a, ẽtsi literæ concernerent beneficii priuationem: quia nihilominùs, quo ad hoc regulant̃, vt lr̃æ ad lites, non vt lr̃æ beneficiales, ꝟm do. Abb. in c. ex parte Adæ. ver. tertiò no. de testib. Et ad hoc ponderat gl. j. ibi, dum dicit, qa hanc exceptionem omisit, valuerunt lr̃æ, &c. iuncto tex. ibi. Et idem sentit do. Abb. hic ante fi. dum dicit, ꝙ si deputaretur iudex principaliter super contentione beneficiali, valeret processus super executione lr̃arum beneficialium, licèt essent surreptitiæ, si nõ fuit oppositum. Secus dicas in processu facto per executorem cũ causæ cognitione lr̃arum beneficialium, quia si sunt surreptitiæ, ꝓcessus est nullus, vt hic ꝑ Abb. & dicetur ĩ. in prima fallẽtia sequentis rr̃æ, & ibi dicenda faciunt pro hac ampliatione.

18 ¶ Fallit † primò prædicta rr̃a in lr̃is obreptitijs, i. non per falsi expressionem, vel veri suppressionẽ obtentis, sed per inuolucrum verborum, putà ironicè vel callidè loquendo, adeò ꝙ lr̃æ effugiant deliberatam conscientiam principis, quia tales lr̃æ etiam ad lites sunt ipso iure nullæ, ꝟm Inn. s̃. eo. cùm dilecta. & sequuntur aliqui, quos ibi allegaui. Et no. Aegi. Bell. d. deci. 84. dicens, ꝙ lr̃æ impetratæ ꝯ conscientiam Papæ & suorũ officialium, sunt ipso iure nullæ. Et idem tenet Nico. Myl. in in verbo, rescriptũ. §. 34. inci. rescriptum ad lites. Sed qa Imo. in d. c. cùm dilecta. & hic, tenet ꝯ istam fallentiam, ideo non est sequenda, vt latiùs dixi ibi. ¶ Fallit secũdò, nisi in eodem rescripto fiat grã, & accessoriè detur iurisdictio ad executionem gratiæ. Nam tunc, sicut ipso iure grã annullatur ꝑꝑ subreptionẽ, ita & iudicis datio, ꝟm do. Abb. in d. c. cæterum. per tex. opti. in c. si super grã. de of. delega. in 6. Per quem infert, ꝙ si Papa contulit Titio ecclesiam S. Laurentij, & pro executione grãæ deputauit Sempronium executorem, si surreptio interuenit, gratia est nulla ipso facto, & per ꝯñs executoris datio, cũ veniat accessoriè ad grãm. Quid autem, si executor detur separatim à grã, dicetur ĩ. in 3. ampliatione sequẽtis rr̃e post Abb. hic, ꝯcludentem idem esse in eo. Et pro hac fallentia vide ẽt tex. s̃. eo. ꝯstitutus. quem ponderat ibi Abb. in vlti. no. dicens ẽt sic posse intelligi, qđ no. Ioã. An. in c. 1. de litis contest. in 6. ¶ Ad idẽ vide Lud. Roma. cons. 330. Omnipotentis, &c. circa prin. vbi probat, ꝙ q̃ñ datio iurisdictionis delegatæ vnitur cum concessione gratiæ, tũc rescriptũ sortit̃ naturã grãæ, & non lr̃arum ꝯtentiosarũ. Alle. tex. ꝟm intellectũ Inn. in d. c. constitutus. Ad idem inducit c. cum dilecta. s̃. eo. & c. ex lr̃is. de of. deleg. vt latius per eum. Adde ẽt Old. cons. 81. inci. Quòd processus factus, vbi vult, ꝙ surreptio cõmissa in impetratione gratiæ, reddit ipso iure nullum processum executorũ. ¶ Fallit tertiò in casu c. 1. de rescrip. in 6. vbi sunt nullæ lr̃æ ad lites ipso iure, si imperrantur ab excõicato. Quẽ tex. limita, & declara multipliciter, vt ibi per Domi. post alios, & aliqua addidi in c. fi. de excep. & in ca. dilectus. lo 1. s̃. eo.

19 ¶ Fallit quartò, q̃ñ † lr̃æ essent datæ à non habente potestatẽ, ꝟm But. Imo. & Dom. hic, per c. sua. cũ gl. fi. de of. vica. quia habent vitiũ ex cã funditus annullante, & facit limitatio præcedẽs. Et idem tenet Bu. in c. cæterum. ver. hęc vera sunt s̃. e. & ibi Dom. Et idẽ dicit Dom. post Ioã. Mon. & Io. An. in ca. 2. ad fi. de fil. presby. in 6. allegando d. c. sua. & c. graue. de of. ord. Et vide But. in d. c. sua. vbi dicit per illũ tex. ꝙ licèt lr̃ę sint obtentę super iustitia, tñ si extenduntur vltra limites potestatis cõcedentis eas, sunt nullę, quia defectus surgit ex cã annullante. Et cum istis verbis vr̃ ibi transire Dom. ¶ Fallit quintò, q̃ñ rescriptũ delegatoriũ non solũ pręparat cãm, sed ẽt eã terminat, qa tunc rõne surreptionis vitiat̃ ipso iure, ꝟm Bal. in l. 2. C. de collus. dete. per illum tex. & sequitur Lud. Ro. d. ꝯs. 330. ¶ Cõsidera bene, ꝙ si cõmissio, q̃ fit in rescripto, cõtinet idẽ, qđ ius cõe, tunc est magnũ dubiũ, an videat̃ opari nouã formã. Et de hoc dictũ fuit s̃. eo. c. cũ dilecta. Et si continet formam, tunc planum est, ꝙ processus ꝯ eã esset nullus, vt ibi dixi. Si autem non inducit nouam formam, tunc non vr̃, ꝙ hoc dictum Bal. possit adaptari ꝑ viam fallentię ad regulam nr̃am, imò fortè non procedit, qa licèt rescriptum dicat, q̃uo iure debeat cã terminari, tamen nõ obstat, quin sit rescriptum ad lites. Patet, qa ẽt alia rescripta ad lites dicunt plerunque, vt fiat iustitia, vel qđ iuris est, & similia verba, q̃ etiam important, q̃uo cã debeat terminari, & surreptio non inficit ea ipso iure. Vnde si processus factus vigore rescripti terminantis causam, non hẽt alium defectũ, nisi ꝙ rescriptum est subreptitium, non vr̃, ꝙ sit nullus. Nec obstare vr̃ d. l. 1. qa non sunt ibi aliqua verba denotantia, ꝙ illud rescriptum esset ipso iure nullum, & licèt dicatur rescriptum non valere, tamen ꝑꝑ verbum, Proponas, de quo ibi, vr̃ præcessisse exceptio filii opponentis de falsa suggestione ꝯ illum seruum. Vel posset responderi, posito, ꝙ ibi rescriptum esset nullum, ꝙ non fuit rescriptum delegans causam, sed fuit decisio per lr̃as principis committentis executionem rei concessæ, non cognitionem, & sic erat, potiùs quędã declaratio principis, determinãs causam, quo casu subreptio benè vitiat talia, vt dicetur in sequẽti rr̃a. Et ita reuera vr̃ loqui Bald. Et ita procedat ista fal. hoc modo intellecta, Sed tamen non esset propriè fallẽtia, inspecta rr̃a, quę loquitur de rescripto committente causę cognitionem.

20 ¶ Fallit † sextò, vbi a ꝑ surreptionem est obtẽtũ aliqd, qđ nõ solet ꝯcedi, nisi ex certa scĩa Papę, qa ex quo non interuenit illa certa scĩa, literę sunt nullę. Ita vr̃ posse firmari ex verbis Rotæ de rescri. decis. 42. in antiquis, & eo. ti. 13. in antiquiori. in fi. vbi dr̃, ꝙ si causa est deuoluta ad curiã, iuxta c. oblatę. de appel. & ca. cordi. eo. ti. in 6. non valet impetratio ad partem tacentem de deuolutione. Et assignant

a Vbi. *Adde tu, ꝙ hoc verum est, nisi appareat per verba rescripti de certa scientia Papæ, quod præsumitur, etiãsi expressè non dicatur. Ita Io. An. in c. nõ nulli. supra, eod.*

& ibi do. Abb. in gl. in ver. mentionem. Et sic limitatur gl. in cle. 2. eo. titu quæ dicit, ꝙ princeps facit ex certa scientia, quādo in rescripto illud expressè dicit. Sufficit ergo, vt appareat, etiamsi expressè non dicatur. Adde, quod istud habet locum, non solùm in certa scientia, sed etiam in motu proprio, quia si apparet, quòd prīceps fecerit aliquid motu proprio, etiamsi non examinatur, præsumitur motus proprius. Ratio est, quia tantum valet, quòd princeps dicat, Ex certa scientia, quantum si diceret, motu proprio, quia ista duo, motus proprius, & certa scientia, æquiparantur, vt per Scribentes in c. ad hoc, suprà eo. ti.

hanc rōnem, quia ex quo causa est deuoluta ad curiā, vt sit ibi tractanda, nō pōt extrahi, nisi sit ibi certa scīa Papæ. Et allegant ca. prouida. de elec. in 6. Et ideo inspecta ista rōne, resultat gn̄aliter ista fal. Et ꝙ hoc sit de mente Rotę, patet, qa priùs adduxerant iura, q̄ dicūt valere factū per lr̄as surreptitias. Quib. non obstantibus, dicunt in proposito fuisse decisum ↄ̃riū, rōne p̄dicta. ¶Cōsidera duos casus. Aliqn̄ certa scīa reqritur in derogādo iuri cōi, vel stylo curiæ, & tunc procedere vr̄ dicta decisio, si in rescripto non sunt expressa ea, per q̄ princeps possit dici informatus, ꝙ materia sit talis, rescriptum non valebit, vt in exemplo prædicto, qa lꝫ princeps sciat ius cōe, tn̄ si non exponit ei factū, adeò ꝙ ex facto cognoscat̄ ius cōe, ipse errare pōt, & general̄r rescriptū derogans iuri cōi, non valet, vt latè fuit deductum, s̃. eo. nonnulli. in 2. regula. Et ꝓ p̄dictis facit optime, qđ no. Aegi. Bel. deci. Rotæ 56. inci. Exceptio. vbi dicit, ꝙ si Papa ↄmittit Auditori causam pēdentē in partib. corā domino tp̄ali, nō facta mentione de dicta pendentia, ↄmissio est nulla, quia hoc esset ↄ̃ ius, in quo requirit̄ certa scīa Papæ, & plenitudo ptātis, cum non est verisimile, ꝙ Papa voluisset ↄcedere suo vicecancellario, arg. no. per Inno. c. innotuit. in fi. de ele. ¶Aliquando certa scīa requiritur in derogando iuri priuatorum, qa princeps per rescriptū non tollit ius tertii, nisi ex certa scīa, vt dixi in ca. earum. s̃. ti. proxi. Et tunc si pars non opponit de surreptione talis rescripti, vr̄, ꝙ valeat, sicut ēt sn̄ia, quæ est in præiudicium tertij, valet, si non appellat̄, ca. quo ad consultationem. cum si. de iud. Vnde in isto casu nō credo procedere hanc fallentiam. Si. n. oīs surreptio, ꝑ quā inducitur præiudicium partis haberet locum, non staret
21 rła s̃. posita. Tn̄ cogitabis. ¶Fallit † septimo, vbi lr̄æ a sunt falsæ, quia illæ nō sunt lr̄æ reuera, sicut falsus procurator non est procurator, nec dant aliquā iurisdictionem, imò sunt nullæ ipso iure, s̄m Inn. in c. super lr̄is. s̃. eo. in gl. incip. imò sine forsan. vers. sed quid si literæ sunt falsæ. cū uer. seq. vsq; ad fi. illius gl. & sequitur late Aegi. Bel. decisio. 84. incip. executoria. quem vide. Et subdit in fi. ꝙ hāc distinctionem inter rescriptū falsum & surreptitium, ponit Cy. in l. præscriptione. C. si ↄ̃ ius. ¶Fallit octauò vbi ꝓcessus ↄcernit materiā, in qua iudex ex officio pōt se interponere, vt pro publica vtilitate ecclesiarū, qa ētsi pars non excipiat, pōt superior irritare processum gestum ex talib. literis, s̄m do. Abb. in cap. cùm dilecta. in 3. col. in vers. cogitaui. s̃. eo. vbi ita intelligit illū tex. reputans hanc singularem, & nouā limitationem in hac materia, sed addit rationem, quia silentium partis nō debet præiudicare, nec viam præcludere, quo minùs iudex ex officio possit irritare processum quandocūq;, saltem anteq̃ sententia transeat in rem iudicatam. Inducit glo. no. in c. 1. in verbo, absentia. de elec. in 6. de qua dixi in c. causam. lo 1. de re iud. ¶Fallit nonò in casu cle. 1. de rescrip. & ita illum casum pro speciali vr̄ notare ibi glo. fi. & ibi Cardi. post Matth. in 1. col. uers. deinde dicit Matthæus. Et ita etiam pro specialibus possunt notari duo

a *Vbi literæ. Adde tu, quod Barto. tenuit contrariam opi. videlicet ꝙ imò tribuant iurisdictionem. Eū vide in l. præscripti. C. si contra ius, vel vti. pu. in versicu. quęro, vtrum. Adde tamen, quòd contra Bar. tenuit Bald. in l. j. C. de collus. detegen. Ludo. Ro. in consilio 330. quod incip. Circa primum. & Canonistę in cap. super literis. eo. ti. in fi. Et istam opi. contra Barto. teneas, quia * communis est, & approbata.*

casus ibi allegati in gl. fi. vc3, c. j. de rescri. in 6. de quo dixi s̃. in 3. fal. & c. si tantum. in fi. de rescr. in 6. Sic ēt pōt intelligi tex. s̃. eo. ad hæc. & qđ ibi no. Imo. post Bu. in vlt. col. ¶Fallit decimò, quādo impetratur rescriptū non solum conferens iurisdōnem, sed ēt ab alio eā reuocans, qa tūc surreptio vitiat ipsum ipso iure, s̄m Inn. Host. & Io. An. in c. ex lr̄is. de off. dele. Sed ↄ̃rium tenet Inn. in c. cæterū. s̃. eo. & sequitur Nic. Myl. in verbo, rescriptum. §. 34. ver. rescriptum ad lites. remittēs ad Bu. in d. c. cæterum. & in c. ex parte B. de fo. compe. Et ad hoc vide, q̄ latiùs dixi in d. c. cæterum. ↄcludendo post alios, ꝙ s̄m rescriptum, nō faciens mentionem de primo, non est nullum ipso iure, sed ope exceptionis. ¶Fallit vndecimò & vltimò, qn̄ rescriptū non est impetratū primo loco & principal̄r circa iurisdictionē tribuendā, sed est post iurisdictionē attributā impetratum super aliquo articulo, vel particularitate gr̄am continente, vel etiam impetratur primū rescriptū continens gr̄am, vel executionem, vel aliud negociū, vel ↄcessionem iurisdōnis, tunc si illud rescriptū est surreptitiū, non valet. Ita scribit ad lr̄am Nic. Myl. in d. §. 34. Alleg. Inn. in c. ex lr̄is. de of. delega. Idem dicit in quolibet rescripto gratioso, allegando Lap. in c. j. de li. contest. in 6. & Io. An. in c. 2. de fil. presby. in 6. Quod vltimum replicabit̄ ēt in 2. ampliatione sequentis rłæ. Sed ↄsidera, ꝙ Inn. in d. c. ex lr̄is. non ponit illud verbū, de cōcessione iurisdōnis, ꝙ prima facie vr̄ implicare ↄ̃dictionem, cùm s̃. dictum sit, ꝙ rescriptum tribuens iurisdōnē, non vitiatur ipso iure per surreptionem, nisi fortè intelligamus dicta verba de concessione aliqua, quæ non fit per viam rescripti tribuentis iurisdōnem delegatam, sed per viam alicuius concessionis, vel beneficij concedentis iurisdōnem ordinariā. Regula aūt nr̄a loquit̄ ĩ rescripto dato ad partes. Et pro ista fallentia cōueniunt multa dicta, quæ posui s̃. c. postulasti. ostendendo, ꝙ gratiæ & concessiones generaliter vitiantur ipso iure, quando est tacitum id, quo expresso, princeps non concessisset gratiam, vel non ita facilè. Dic, vt ibi. Per hæc est expedita prima regula. ¶Ponitur regula secūda, hoc modo.
22 LITERAE Beneficiales surreptitiæ † sunt * ipso iure nullæ, s̄m Inn. Io. And. & cōiter oēs Doc. hic, & Inn. s̃. eo. ad aures. & in c. ↄstitutus. s̃. eo. per illos tex. & idem Imo. in c. ad aures. in pen. notabili, s̃. eo. & in c. ad hæc. in vltimo notabili s̃. eo. Et ad hæc ēt quotidie allegat̄ iste tex. s̄m do. Ab. hic dicentem, ꝙ clariùs etiam istud probatur in cle. j. de præb. ibi, veluti surreptitia nullius penitus est momenti. Ad idem alle. c. 1. & 2. de fil. presby. in 6. & sequitur simpl̄r do. Maria. ĩ repe. c. postulasti. vers. octauo principali articulo. s̃. eo. Adde tex. æquè bonum in c. si motu. de præb. in 6. ibi, veluti surreptitiam vires noluimus obtinere. Et hanc regulam firmat Old. cōclu. 81. & solenniter conclu. 257. inci. Factum tale. vbi pro hoc inducit dictum c. ad aures. & d. c. constitutus. & tex. hic, & in c. cùm olim. lo 2. §. nos igitur. de priui. Adde ēt tex. ĩ c. quod super his. de fi. instru. & ibi Abb. in 4. no. Adde etiā do. Car. cōclu. 99. redemptoris, & c. vr̄, ꝙ vnio p̄missa, &c. & Cal. in ti. de reb. eccle. non alie. consi. 13. cum concor. quas dixi s̃. eo. postulasti, 4. char. In quib. habetur, ꝙ surreptio vitiat ipso iure lr̄as obtentas super vnione beneficij, licet aliter dicat Rota de reb. eccl. 2. in antiquioribus, vt ibi dixi. Et cum istis concordat Bal. in c. cùm adeò. versi. no. diligenter. suprà, eo. dicens, ꝙ literæ obreptitiæ ad beneficia, sunt nullæ. Et assignat rationem, quia qui mentitur, facit se indignum, auth. contrà, qui propriam. C. de non nu. pecu. Vnde tacitæ conditionis defectus impedit literas, ne producantur in esse; nam idem operatur tacita conditio, quod expressa. Allegat gl. in l. item quia. ff. de pac. Cum istis etiam concordat Car. consi. 33. inci. In hac dubia q. ad fi. dicens esse tex. optimum in d. cle. j. de præb. ¶Non obstat, ꝙ aliqui tex. videntur vti verbis denotantibus nullitatem ipso iure in literis surreptitiè obtentis, vt in c. cæterùm. & in c. sedes. in fi. suprà, eo. per quæ iura And. Sicul. recedit ab opinione communi in d. capitu. cæterum. Quare responde vt per Dominic. quem ipse non uidit in d. c. cæterùm. ubi ipsum retuli.

Et

Et pro illa respōsione facit ēt, qđ no. Imo. ĩ d.c. sedes. ĩ pe. no. Et de rōne drĩæ inter rescripta ad lites, & ad beneficia, dicetur in fi. huius rłæ. Recipiat aũt ista rła tres ampliationes, & duas fallentias. ¶ Amplia primò, ẽtsi Canonici scientes factum, putà surreptionem lr̃arum, & ignorantes ius, recipiant aliquem vigore taliũ lr̃arum: qa ex quo ignoranter receperunt, nō habent animum ɔstituẽdi ius de nouo, ſm do. Anto. & do. Abb. hic, ꝑ l. nec ignorãs. C. de dona. & l. si per errorẽ. ff. de iuri. om. iu. & reprobant Cōpost. hic, ꝙ aliter dicebat. Et ista rō vr̃ ɔcludere, licèt Imo. hic simpliciter dicat, ꝙ fortè de iure tenet receptio, licèt esset iusta cã agendi, vt receptus remoueret̃, per l. j. ff. de condi. inde. ¶ Amplia secundò hanc rłam, ẽt in alijs priuilegijs, & beneficiis principũ: nã surreptio vitiat ipso facto a ea, ſm Abb. post alios hic. Alleg. l. 1. ff. de nata. resti. & l. si non cognitio. C. si ɔ̃ ius, vel vti. publi. & qđ ibi no. & ita cōiter * tenent Docto. ſm eum. Et allegant Inno. s̃. eo. cũ dilecta. Et idem dicit do. Ab. in c. ꝙ super his, ĩ 1. col. de fi. inst. dicens generaliter, ꝙ literæ gratiosæ sunt ipso iure nullæ, per tex. ibi, & in c. nouit. cũ gl. fi. de his, q̃ fi. à præla. & in c. 1. §. 2. de fil. presby. in 6. & per no. hic. Idẽ ẽt no. Bal. in l. præscriptione. in 4. col. ver. ego dico. C. si ɔ̃ ius. & do. Abb. ɔs. 129. In nōie, &c, sup qōnis materia, q̃ in præsentiarum vertit̃. in 3. col. Et hinc est, ꝙ surreptio vitiat ipsò iure indulgentiã & confirmationem, c. dudum. lo 2. ad fi. cum gl. in ver. exp̃ssa. de elec. Et de confirmatione probatur in ca. porrecta. in fi. de confir. vti. vel inu. Idem in reuocatione, d. c. qđ sup his. in verbo, expressa. Idẽ in priuilegio, ca. ex multiplici. de deci. No. Inn. s̃. c. cùm dilecta. circa mediũ. est tex. in c. 1. de fil. presby. in 6. & in c. non pōt. de præb. eo. lib. No. Io. An. in c. si cui. de prẹb. eo. lib. & do. Ant. in c. super lr̃is. ver. quarta opi. s̃. eo. Et ista alle. Nic. Myl. in verbo, gr̃a. §. 57. inci. gr̃a siue sit. Adde Cal. in ti. de feu. consi. 1. vbi tenet, ꝙ concessio feudi obtenta per surreptionem, est nulla. Et idem no. do. Car. consi. 94. inci. nobiles viri dñi de Vinciguerra. ver. tertiò obiicitur. Ad idem, qđ no. Pe. de Anch. cōclu. mihi 382. inci. Visis diligenter iurib. vbi dicit, ꝙ surreptio vitiat priuilegiũ concessum sup immunitate. Allegat ca. cum olim. de re iud. & cap. ex multiplici. de deci. Ad idem, quod no. Bal. post Inn. in ca. inter dilectos. ad fi. de fi. instru. vbi dicit, ꝙ priuilegium impetratum per obreptionem non tenet. Pro quo dicit Bal. facere l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. & l. Iulianus. §. 1. ff. de condi. inde. Et idem no. Bu. in d. c. cum dilecta. ver. pro hoc secundò incidenter. Et dicit hic Domi. ꝙ surreptio vitiat ipso iure lr̃as dispensatiuas ad beneficia. Algat no. in c. 2. de fi. presby. in 6. Et idem dicit, si dispensatio impetratur pro alio, per d. ca. quod sup his. ¶ Amplia tertiò, ẽtsi ignoranter & per simplicitatem fuit commissa surreptio. Satis est enim, ꝙ princeps non fuisset verisimiliter concessurus, si cessasset surreptio, ſm do. Ab. hic, per c. constitutus. s̃. eo. de quo dicit se pleniùs tetigisse in c. super lr̃is. s̃. eo. Et vide, qđ latè dixi in j. & 2. ɔclusione.

a *Ipso facto. Ad de dom. Soci. cons. 251. inci. Quoniã in præsenti consultatione. ver. confirmo omnia pr̨emissa. circa prin. in 2. par. char. 154.*

¶ Fallit primò dicta rła, nisi executor datus per rescriptum beneficiale, processisset cã cognita, vt qa impetrator petijt, vt executor compelleret capitulũ ad eum recipiendum, & imponeret silentium sup cōditione, & iudicio rectè agitato, & executor pronunciauit, à cuius pronunciatione non fuit appellatum: qa tunc processus tenet, ex quo non fuit apposita exceptio surreptionis, nec fuit appellatum, quasi tũc istæ lr̃æ sortiantur naturam literarum impetratarum ad lites. Ita ɔcludit Cōpost. hic. quem sequunt̃ latè Io. An. But. Imo. & Domi. hic: qa ex quo assumit partes iudicis, iudicamus de eo, sicut de iudice. Vnde sicut in contentiosis valet processus, ita in istis: quia sñia lata per iudicem, non pōt postea retractari. Et ad hæc facit, qđ no. Bal. in l. p̃scriptione. ver. ego dico, ꝙ ẽt. C. si ɔ̃ ius. vbi dicit, ꝙ quando in priuilegijs est annexa causæ cognitio, putà; Prouideas Titio, si eum idoneum inueneris, statur declarationi cōmissarij factæ cã cognita, licèt non fundetur in cã veritatis, & si quis ex hoc grauatur, appellat. Alle. Inn. in c. fi. de pr̨esump. & gl. in cle. j. de of. dele. Si autem non est annexa causæ cognitio, sed princeps disponit per seipsum, motus ex obreptione impetrantis, tunc ipso iure non valet priuilegium, per eum. ¶ Tempera hanc fallentiam duplr̃. Primò, vt dixi, dummodò executor assumat partes iudicis: secus, si assumeret partes executoris: tunc. n. ſm p̃dictos & Ab. d. ɔsi. 129. processus esset nullus: qa venit accessoriè ad gr̃am, ideo vitiat ad limites illius gratiæ, arg. rłæ, accessorium. de regu. iu. in 6. Ad hoc c. ɔstitutus. s̃. eo. & c. cum nr̃is. de conces. præb. & c. cum olim. de do. & contu. Et ita intelligũt prædicti Io. Mo. in c. 2. de fil. presby. in 6. Et ꝙ veniat ille processus accessoriè ad gratiam, est tex. in c. super. de offi. dele. in 6. Et ita intelligitur iste tex. nã cum lr̃a sit loco tituli, & lr̃a, tanquam surreptitia, sit nulla, iste teneret beneficium sine titulo. An aũt, & quãdo possit executor assumere partes iudicis, latè ponit Inn. & alii in c. fi. de præsum. Et ibi alia posui in repetendo illã decre. & est gl. or. & ibi oẽs in cle. 1. de of. dele. ¶ Tẽpera scđò, vt dicta sñia transeat in rem iud. quo ad partẽ victam, nō tñ respũ victoris: qa cōtinet vitiũ, ꝙ non est remissibile tacito ɔsensu partium, & ideo superior poterit ɔ̃ eum inquirere, & remouere eũ à tali beneficio, ſm prædictos oẽs hic. Et est valde gustandũ, vt hic ꝑ do. Ab. Sed in hoc nihil addo: qa de hoc, qũo & qualiter sñia in beneficialib. trãseat in rem iud. scripsi opportunè in c. lator. de re iud. in penul. col. ver. declaratio. vbi vide, qa inuenies istum punctum nouissimè declaratum, tã respũ copiæ, q̃ subtilitatis. Sed istam primã fallẽtiam indistinctè impugnat hic do. Ab. hoc probans efficacib. rōnibus, qa ex quo lr̨e sunt ipso iure nullæ, processus executoris est factus coram non habẽte p̃tãtem. Ergo nullus, vt in c. 1. eo. ti. in 6. Et inducit pulchrè dictum tex. c. si sup gr̃a. ꝑ quem ostenditur, ꝙ validitas & inualiditas processus executoris totaliter dependet ab ipsa gr̃a, vt hic latiùs per eum, cum quo trãsit hic An. Sic. dicens, ꝙ istud ẽt voluit hic do. Car. & ꝙ pro hoc facit iste tex. cuius verba ipse conat̃ multipliciter inducere ad ostendendũ, ꝙ denotent nullitatem ipso iure. Et ad idem vide do. Abb. in c. cæterum. in 1. col. s̃. eo. ¶ Vr̃ tamẽ vltra istos posse dici, ꝙ ista fallẽtia saluari possit vno casu, vz, qñ lr̃æ gratiosæ nō sunt surreptitiæ, sed lr̃æ executoriæ seorsum impetrat̨e sup ipsa gr̃a, sunt surreptitįe. Tunc. n. processus agitatus vigore istarum, vr̃ valere, qa sunt similes lr̃is de iustitia. Et ita no. Lud. consi. 330. omnipotentis. & c. circa primum. dicens ita intelligi, qđ no. Io. An. post Inn. in c. 1. ad fi. de li. contest. in 6. Est verum, ꝙ do. Car. hic dicit, ꝙ si veræ lr̃æ executoriæ dent̃ separatim à gr̃a, siue simul cũ gr̃a, semper surreptio vitiat eas. Quod vr̃ ɔ̃riari huic dicto Ludo. Sed verba do. Car. pñt intelligi de surreptione, q̃ est in ipsa gr̃a beneficiali, vt sic illa vitiet ẽt lr̃as executorias, q̃uis separatim datas. Et idẽ à fortiori, est in lr̃is gratiosis & executorialibus. Sed vbi gr̃a beneficialis non est surreptitia, licèt lr̃æ executoriæ etiam dat̨e, non ex interuallo sint surreptitiæ, tñ vr̃, ꝙ valeat processus ex eis factus, qa cũ regulent̃ ſm vires gr̃æ principalis, d. c. si sup gr̃a, si ipsa gr̃a non est surreptitia, vr̃, ꝙ processus ex eis non vitietur ipso iure, & titulus habitus ex talib. lr̃is, non vr̃ iniustus, attenta radice non infecta. Tñ cogitabis: qa ista non declarantur ꝑ alios, neq; reuera aperit bene Lud. in d. cōsi. an loquat̃ de surreptione cōmissa in lr̃is executorialibus, an ĩ gratiosis. ¶ Fallit secundò dicta rła vbi rescriptum ɔtinet plures gr̃as: quia surreptio circa vnam, nō vitiat alias, vt probat̃ in c. si eo t̃pe. de rescri. in 6. quem tex. facit ad hoc sing. do. Abb. in d. c. cæterum. & in plurib. aliis locis, de quibus feci mentionem, vbi vide. ¶ Postremò insistunt Doc. in ista materia, inuestigando rōnem diuersitatis inter lr̃as ad lites, & literas ad beneficia. Et dicit domi. Abb. ꝙ ista ratio nullo iure exprimitur. Et inter rationes, quæ redduntur, illa est satis apparens, secundum eum, quia surreptio magis vitiat gratiam, seu beneficium, quàm literas de simplici iustitia, quia faciliùs conceduntur istæ de iustitia. Item quia magis videtur iste ingratus, qui nititur obtinere

beneficium cum surreptione. Sed melior vr̃ rō, quā reddit hic Car.& Imo.vc;, qa lr̃æ ad beneficia tribuunt ius, sed lr̃æ ad lites tribuunt iudicem, & non ius, & sic primæ sunt maioris præiudicij, ideo faciliùs inficiuntur. Non tamen dicas, ꝙ literæ beneficiales sint loco tituli: nam ipsæ attestantes collationem esse factam, sunt loco tituli, non autem istæ mandantes beneficium conferri, vt meliùs cæteris concludit do. Abb. ĩ.c.proxi.in fi.& ibi dicet.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad diuersas Ecclesias, quando plures possint impetrari.*
2 *Tituli multiplicatio in beneficialibus fit ad cautelam.*
3 *Renunciare velle gratiæ expectatiuæ nō sufficit, vt valeat impetratio beneficij vacantis, de ipsa expectatiua mentionem non faciēs.*
4 *Mentio est facienda de iure ad rem, non sortito effectu.*
5 *Beneficium impetrans debet facere mentionem primi beneficij sibi collati, licèt illud nondum acceptauerit.*
6 *Mentio an sit facienda de literis primis inualidis.*
7 *Spoliatus beneficio, debet de ipso facere mentionem, & nu.8.*
9 *Mentio de quibus debeat fieri in rescriptis ad beneficia.*
10 *Episcopus si concedit alicui clerico fructus alicuius altaris vsq; ad certum tempus pro mercede spiritualium laborum suorum, & si iste impetret vnum beneficium, non tenetur facere mentionem de ista assignatione.*
11 *Intrusus quot modis quis dicatur. & nu.12.*
13 *Intrusus potest propria authoritate renunciare suo beneficio.*
14 *Exprimere non oportet qualitates, quæ insunt beneficio de iure cōmuni, sed illas tantùm, quæ insunt de facto, ratione consuetudinis ecclesiarum, vel alio modo.*
15 *Exprimere nō oportet ea, quæ præsumuntur notoriè sciri per Papā.*
16 *Exprimere oportet beneficia, quæ habent permutantes, quando faciunt permutationem in manibus Papæ.*
17 *Gratia, Si neutri, debet facere mentionem de qualitate beneficij, et de modo vacationis, ac si de nouo beneficium impetraretur.*
18 *Exprimere debet impetrans beneficium manuale, quod habet.*
19 *Exprimere nō oportet beneficium, qđ quis habuit, cui renunciauit.*
20 *Exprimere debet impetrans, quòd ille, per cuius mortem vacat beneficium, erat familiaris alicuius Cardinalis: alio modo non valet impetratio.*
21 *Exprimere debet impetrans, ꝙ beneficiū, quod petit, est hospitale.*
22 *Exprimere non tenetur impetrans, hospitale, quod iam habet: quia in eo non habet titulum Ecclesiasticum.*
23 *Mentio debet fieri in rescripto, quòd ille, ad cuius collationem impetratur beneficium, habet solùm collationem vnius beneficij.*
24 *Vnio facta de beneficio reseruato, non facta mentione reseruationis, non valet.*
25 *Exprimere non tenetur impetrans ius, quod alius habet ad rem, per acceptationem solam alicuius beneficij.*
26 *An sit mentio facienda de natura præbendæ? an sit sacerdotalis, vel electiua? an non?*
27 *Beneficium non dicitur electiuum, ex eo quòd plures stant cum tali priore in Ecclesia.*
28 *Dignitas electiua an cōprehēdatur appellatione beneficij, ĩ odiosis.*
29 *Electio, verbum latè sumptum, comprehendit etiam collationem.*
30 *Exprimere non tenetur impetrans beneficium annexum, sed tantùm principale.*
31 *Exprimere debet quis beneficium, cui renunciauit, quando renunciatio non tenuit.*
32 *Exprimere oportet possessionem coloratam, quam alius habet in beneficio. Et satis exprimitur, quando in literis est clausula, amoto quolibet illicito detentatore, vt ver. sequenti, secundò nota, ꝙ quando &c.*
33 *Beneficium si fuit detentum per duos menses, impetrans tenetur facere mentionem de detentatione.*
34 *Possidens beneficium coloratè, nō potest amoueri sine causæ cognitione, licèt aliàs collatio non tenuerit.*
35 *Collatio facta à Papa motu proprio, valet, etiam non facta mentione possessionis coloratæ.*
36 *Tacere non nocet impetranti coloratam possessionem alterius, quādo est tali modo inducta, quòd si Papa sciuisset, faciliùs literas cōcessisset.*
37 *Exprimere non oportet modum vacationis, quia omnis modus vacationis comprehenditur, quando nullus exprimitur.*
38 *Vacatio per mortem licèt exprimatur, tamen in materia nō odiosa veniunt omnes vacationes.*
39 *Exprimere debet impetrans, ꝙ beneficium, quod petit, est de iure patronatus laicorum.*
40 *Exprimere oportet Ecclesiam cathedralē, aliàs impetratio de beneficijs vacaturis in aliqua Ecclesiarū diœcesis nō cōprehēdit eam.*
41 *Clericus impetrans beneficium, debet facere mentionem qualitatis beneficij, aliàs impetratio non valet.*
42 *Episcopus potest vnire beneficium seculare monasterio monachorum, & statuere, quòd per monachos regatur, & quid tale statutum operetur.*
43 *Ad inducendam consuetudinem, de qua in c. cùm de beneficio. de præben. in 6. requiri annos 40.*
44 *Regularis si habet beneficium seculare ab Episcopo, & spolietur, licèt sit inhabilis respectu tituli, tamen competit sibi possessorium, & facit fructus suos, quia potest præscribere.*
45 *Prioratus manualis licèt cōfirmetur, vel conferatur alicui per Papam, vt perpetuus, per hoc non mutat naturam suam, imò eo vacante, reassumit suam naturam.*
46 *Monachi non possunt præsentare regularem ad Ecclesiam, quæ consueuit regi per seculares clericos.*

CAPITVLVM XXXII.

IN nostra. ¶Receptus ꝑ lr̃as Apostolicas, licet p̄bēdā expectet ꝑ alias lr̃as hoc supprimentes, in alia Ecclesia impetrare non pōt, vt ei prouideat. h.d. Notant hic Doc. maximè Imo & Abb. ꝙ receptus in canonicum, sub expectatione præbendæ, non dr̃ assecutus beneficiū Ecclesiasticum, & sic potius ipsa præbenda, q̃ ius canoniæ appellat̃ beneficium Ecclesiasticum. Nā ipsa spiritualia non possunt diu esse sine tpalibus, j.q.3. si quis obiecerit. Quod est notabile, ſm dom. Abb. vt appellatione beneficiorum non veniant strictè habentes canonicatus sine præbenda. Pro hoc facit, qđ no. Rota de præb.25. in nouis. Item, si legatus, q dicit, ꝙ receptus in canonicū vltrà numerū, nō dr̃ beneficiatus, cùm vno canonicatu vacante, expiret canonicatus, quē ille habebat, adepto vacante. Vnde inferunt, ꝙ hn̄s facultatem prouidendi habentib. vnicum beneficium tm̄, p̄t prouidere taliter recepto habēti vnicum. ¶Limita hęc, nisi in Ecclesia, in qua recipitur, non esset certus numerus canonicorum, vel præbendarum: quia in ea receptus dr̃ beneficiatus, cessante dicta ratione, ſm Rotam. Et ꝑ his etiam facit: quia tale ius ad rem non pōt permutari, vt latè per Imo. in c.fi.8. col. de rer. permu. Dum tangit Abb. hic, in vlti. notab. ꝙ oportet dicere qualitatem beneficij obtenti, & latiùs insistit hic Domi. post Cald. Adde quæ latiùs dixi post Abb. in cap. ad aures. s̃. eodem.

1 LITERAE Ad † diuersas Ecclesias qn̄ possint p̄les impetrari sub eadē data, est aduertēdū: qa gl. Inn. & Ab. antiquus hic volunt, ꝙ oēs lr̃æ valeant, & sit in optione impetratoris, qb. vti velit. ¶Pro hac opi. adducunt̃ tria. Primò, si duo impetrant sub eadē data in eadem Ecclesia, vel saltem vnū rescriptū, c.pe.eo.ti.in 6. Si ergo vnus impetrat diuersa rescripta sub eadē data, saltē vnū valere dēt. Quod em̄ iudicatur de duobus iurib. in eadem ꝑsona ɔcurrētibus, iudicari dēt de eadē ꝑsona, in qua duo iura ɔcurrunt, arg. c. in scripturis. 8. q.j. & c. cū olim. de re iudi. cum si. ¶Scđo: qa non dēt vitiari vtrunq; rescriptū, sed pōt vti altero, cum cessat rō pluralitatis beneficiorū, q̄ vr̃ esse rō, quare hic non teneant literæ. Ergo cessante causa dispositionis, dēt cessare & dispō, iurib. vulgaribus. ¶Tertiò facit iste tex. iungendo quæsitum respōso: nam loquitur, qn̄ plures literæ fuerunt impetratæ, & dubitat̃, an valeant? Et respondetur, ꝙ si est receptus per alteras, alteræ non valent. Ex hoc ergo vr̃ concludere, ꝙ valent illæ, ex quib. est receptus, arg. ca. nonne. de præsum. Contrarium tenet hic Host. Io. An. Cal. But. Imo & Abb. qa fraudulenter impetrauit. Voluit em̄ iste habere lr̃as pro plurib. beneficijs. Ex quo præsumitur, ꝙ circunuenit Papam. Vnde eius impetratio præsumit̃ surreptitia. Et hæc est ratio, quare literæ non valent, etiam circumscripta ratione pluralitatis. Ad hoc suprà eo. postulasti. & cap. cùm olim. de re iud. Et sic in ipsa data fuit vitium, quare non

non valent,c.si eo.tpe. eo.tit.in 6. Et istud dictū inducūt
hic Bu.Dom.& Abb.ꝯ illos q faciunt se ponere in rotu-
lo plurium Cardinalium ī coronatione Papæ, ita ꝙ oēs
habent eandē datam , nec in vno faciunt mentionē de
altero, qa per hoc neutra gr̄a valet,ſm eos ¶ Ad primā
rationē in oppositum rn̄detur, ꝙ illud,qđ est dictum de
duob.iuribus,procedit,quādo duo iura licitè ꝯcurrunt ī
eadem persona,secus,vbi est diuersa ratio in vna ꝑsona:
nā hic,cum qs imperrat diuersa rescripta, versatur in eo
vitium,qa factum non ignorauit, c.ab excōicato. ī. eo.
Secus qn̄ duo impetrant sub eadem data,qa sic alter po
terit ignorare factū alterius, & per consequens,cessat vi
tiū,ſm Io.An. ¶ Ad scđam rationē rn̄detur,vt ē dictu,
ꝙ voluit iste impetrans saltē ab initio habere plura bene
ficia,& sic rō dispositionis non deficit, saltē quātum ad
intentionem. Iō non cessabit dispositio, qa quantum in
eo fuit,voluit Papā circunuenire. ¶ Ad tertiam rōnem
de isto tex.rn̄dent Cal.& Bu.ꝙ dēt intelligi,qn̄ scđæ lite
ræ successiuè post primas sunt impetratæ, facta receptio
ne per primas,vt patet ex rn̄sione. Et hoc ꝓbat finis tex.
qui arctat ad faciendum mentionem de receptione. Si
.n.intelligeret̄ de literis eiusdē datæ, impossibile esset,ꝙ
arctaret̄ ad faciendum mentionem eius,qđ nondum e-
rat in rerum nā,s̄.ti.ꝓxi. c.cū accessissent. Præterea ſm
Bu.& Dom.hic,Papa ꝯsulebatur hic tantùm sup vsu se
cundarum literatum,& illi rn̄detur. Vn̄ non præsuppo-
nit, ꝙ valeāt illę literę,p quas erat receptus,imò quæcū
que sint,nō valent illę,quibus vtitur stante alia receptio
ne. Vn̄ non p̄supponit receptionem valere,qa de alia nō
interrogabat̄, qđ patet ex themate & responsione,si sub
tiliter intueat̄,ſm eos. rn̄dent ēt ad c.ex tenore.s̄.eo.vbi
fraus non p̄sumit̄, nisi vtatur ambabus literis,qa loqtur
in literis ꝯtentiosis,in quibus attenditur solum interesse
partis,& sic ponderatur vsus, à quo causat̄ interesse, hic
aūt nō solū molestatio est cā prohibitiōis, sed ēt pura in
tentio ad effectum non deducta,qa in talibus beneficia
libus leuior surreptio vitiat, vt est dictū s̄.c.prox. ¶ Cōsi
dera vrgentē rationē ꝓ prima opi.qa ista cōsequētia nō
vr̄ vera,vz, Iste impetrauit eodem tempore literas ad
plures ecclesias,ergo vtebat̄ fraudulento animo, sperās
consequi beneficiū in pluribus ecclesiis. Nā coniectura
doli in dubio non p̄sumitur, vbi pōt cadere alia ꝯiectu-
ra,l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob. Hic pōt esse aliqua a-
lia ꝯiectura, q̄ doli, qa iste potuit etiā ī actu impetratio
nis gerere in animo,ꝙ quā primū aliqua ex literis sorti-
rentur effectū, desisteret ab vsu aliarū,sed iō multiplica
uit titulos, vt haberet retia parata in plurib. aquis . Et p
hāc viā citius beneficiabitur,q̄ expectando in vna eccle
sia tm̄: & ideo,nisi aliud appareat, nō pręsumitur hic a-
liqua circunuentio,neque fraus. Facit c.fi.de p̄sum. cum
si. ¶ Nihilominus trāseamus more nr̄o cum cōi opinio
ne,qa,vt dicunt hic Doc.in alio membro,de quo statim
dicetur,non est verisimile,ꝙ si Papa cognouisset se ꝯces
sisse semel literas ad vnā ecclesiā,iterum concessisset ad
aliam, ēt sub eadem data, & ex hoc causatur surreptio.
c.postulasti.s̄.eo. ¶ Et tenendo hanc opi.limita eam pri
mò,nisi iste impetrās excusaretur iusta ignorātia, vt qa
iste impetrauit vnicas literas per se,alias ignorāter eius
ꝓcurator,tunc.n.debet dari sibi optio,c.gr̄a.de rescr. ī 6.
ſm Bu.Imo.Dom. & Abb.hic. ¶ Limita scđo, nisi quis
impetraret plures literas ad vnū beneficiū, & haberent
eandem formam & datam,quia vna videtur esse litera,
licèt pluries exemplata,sicut dicimus in pluribus testa-
mentis habentibus eādem datam & formam, l .vnum.
ff.de testa.secundum omnes hic,quod est vtile, adeo vt
dari possit vna doctrina,videlicet.

2 TITVLVS multiplicatur ad †cautelam in eo-
dem beneficio. Ita ex his infert hic Abb. Et est bo tex. ī
c.post electionem.de ꝯces.præb. Non tamen,vt ꝯsequa-
tur ius in beneficio ex vtroque titulo,qa esset ꝯ ca.vt qs
duas.de elec.in 6.sed vt possit se defendere ex vtraque.
Quod dicit esse notabile. Et dicit do.Abb.ī d.c.post elec-
tionē.in 3.no.quod in agendo & in petendo confirma
tionē,non pōt quis se fundare super duobus titulis, per
d.c.vt quis duas sed bene se defendendo. Et ita intelligit
illū tex.quē dicit esse no.& se nescire alibi. ¶ Ex quo ha-
betur cautela,ꝙ si dubitans de prima collatione tua,im-
petres secundā , quia p hoc non inducitur renunciatio
primæ, imo potes vti vtraq; ad defensionē tuam. Et idē
no.do.Abb in c.cùm olim.lo 2. ad fi.de priui.& Lap.al-
leg.vlt.propè fi.& do.Car.pulchrè ī c.inter dilectos. ver
si.sed ꝯ.ad fi.de fi.instr.quē ibi recitaui.& Imo.ī c.ex par
te Astensis.j.in no.de ꝯces.præb. Vnde dicit Io.An.ī ca.
cum ꝑsonæ,ad fi.de priui.in 6. post Io.Mo. ꝙ regula di-
cens,id,qđ meū est ex vna cā,non posse effici meū ex a-
lia.d.c.inter dilectos.fallit,quādo dubiū est de prima cā,
ex qua dico aliqd meū,quia tūc ad cautelā pōt fieri me-
um ex scđa cā per d.c.post electionē. Et dicit Rota đ re
scr.43.in antiqs deci.inci. Nota ꝙ vbi quis,&c. ꝙ habēs
duas gr̄as pro beneficio habendo, si vtendo scđa succū-
bat,pōt vti prima,qa istæ gratiæ non sunt ꝯriæ, licet sint
diuersę,& tendentes ad eundem effectū. Et hoc intelli-
git Rota verū,si eodem ꝯtexu,& sub eadem data sint im
petratæ: secus,si sub diuersis datis,& diuersis tpibus. Alle
gāt Io.And.hic. Sed hoc vltimū non vr̄ ponere Io. An.
imo de mente ipsius,& expressius de mēte dom.Abb.ē,
ꝙ tam successiue, quam eodem tpe pōt quis impetrare
plures gratias super eodem beneficio, vt s̄ retuli. Et hāc
limitationem firmat ēt pulchre do.Car.ꝯs.71. inci. Va-
cāte quadā parochiali ecclesia,ētsi in vnis ex illis literis
eēt aliqua clausula,q̄ non esset in alijs,putà,ꝙ derogaret̄
iuri patronatus laicorū. Qđ vltimū intellige,nisi ante i-
stas scđas literas fuisset alteri ius quęsitū pp dictam clau
sulā omissam in primis literis,ut p Car.ꝯs 33.in fi.& fa-
cit c.quāuis.de resc.in 6.& qđ dixi in c.inter quatuor. đ
ma.& obe. Cum istis concordat pulchre Lud.ꝯs.433.in
cip. Quo ad primū,ad fi.declarans post Lap.in d. allega.
vltima, qūo quis pōt petere possessionem beneficij ex
duplici tit. & respondet pulchre ad d.c. inter dilectos.
dū ibi dr̄, ꝙ id,qđ meū est, &c. ut habeat locum ī agen
te,secus in petente possessionem. Ad quod vltimum vi-
de oīno Cal.de elect.consi.7.inci. an capitulum, vt quis
duas.& ibi Dom.in̄ addi.& eundē in d. c. vt quis duas. ī
vlt.col. Et inuenies late rationē differentiæ, quare non
possit agi ex duplici titulo, & tamē pōt peti possessio ex
duplici titulo. Et licet aliàs legendo d. c. inter dilectos.
dubitauerim de illa ratione,tamē vr̄ posse transire, īspe
ctis bene verbis Dom. quia nō dr̄ iste vti duplici titulo
pariter,sed alternatiue,quod nō pōt fieri à petente con-
firmationem electionis,cum ibi requiratur consensus
certus. ¶ Intellige hæc dupliciter. Primò,nisi habens col
lationem beneficij à superiore , impetret postea ipsum
ab alio inferiore. Pōt.n.tunc superior priuare eū benefi-
cio,quia est quędam īgratitudo & delusio erga superio
rem,pp quod inducitur legitima cā priuandi eū. Ita sin
gulariter no.do.Abb.in c.cum olim.versi.& no. istā gl.
de re iud. Sicut dr̄ de vasallo, qui ab alio cognoscit feu-
dum,vt ibi per eum limitantem,nisi hoc faceret ad cau
telam,ut quia dubitat probabiliter de validitate primæ
collationis,per d.c.post electionem. ¶ Secundò intelli-
ge,dummodò iste duplex titulus tendat ad eundem effe
ctū:secus,si ad diuersos,seu ꝯrios effectus in eadē ꝑsona,
vt late per Lud.ꝯs.350.inci.in casu ꝓpositæ.vers.quo ad
scđm.vbi vult,ꝙ habens titulum in beneficio conferen
tem ius in re, postea impetrat in commendam , desinit
habere illum primum titulum conferentem ius in re,
quia titulus commendæ non est illi conformis, quo ad
effectum,cum conferat solam detentationē, & differāt
effectualiter in multis, vt ibi per eum limitantem d. ca.
post electionem. Et ista no. ad ornamentū illius capitu-
li, vbi adhuc nullus ista reduxit,sed reducent̄ forte in po
sterū. ¶ Limita tertio dictā ꝯclusionem,nisi qs impetret
plures literas ꝯtentiosas super eo. negocio,quia illæ ua-
lent,ſm gl.j.in prin.in c.ex tenore.s̄. eod. dūmodo non
vtat̄ vtriq;,qa tūc interest aduersarij non sic fieri. Vnde
literæ ad lites, vitiātur pp interesse aduersarij, sed literæ
ad beneficia,vitiant̄,qa Papa verisimiliter nō daret lite
ras,si haberet notitiā aliarū, ut declarat hic Imo. & Ab.

¶ Circa impetrantem autē plures literas ad diuersas Ecclesias sub diuersa data concludunt hic Inn. Host. Cal. * & cõiter oẽs * ꝯ gl. ꝙ non solū, qñ per literas est aliqd ꝯsecutus, scd̃ę vt id tacentes, non valent, ẽtsi fuit solū receptus, vt hic, qui casus sunt clari, sed ẽt, si primæ literæ nullū sint sortitæ effectum, non valent scd̃ę non facientes de eis mentionem, quia, ſm eos, non est verisimile, ꝙ si Papa sciuisset de prioribus, ꝯcessisset scd̃as. Vñ saltẽ negari non põt, quin talis veritas sit suppressa, q̃ si fuisset expressa, reddidisset principẽ difficiliorẽ ad ꝯcedẽdū. Ergo taciturnitas vitiat, ꝑ c. postulasti. s̃. eo. ¶ Subdit ẽt Abb. * cõiter * teneri ꝑ Doct. hic ꝯ Inn. ꝙ † non sufficit velle re
3 nunciare gratiæ expectatiuæ, vt valeat impetratio bñficij vacantis de ipsa expectatiua mentionem nõ faciẽs, qa cùm scd̃æ literæ sunt surreptitię, ꝑ istum tex. nõ põt reuiuiscere ex renunciatione primarū subsequenti, ꝑ c. si eo tp̃e. eo. ti. in 6. Habens tñ plures literas põt vti primis, quia in illis nõ reperitur aliquod vitiū, nisi vsus fuisset scd̃is, quia tūc, ſm Host. non posset aliqd ꝯsequi virtute primarū, quibus tacitè renunciat vtendo scd̃is. Nec aliqd poterit ꝯsequi ex scd̃is, cùm sint surreptitię, qđ est notabile, ſm Abb. ¶ Et si diceret, ex quo ꝑ solā receptionem non est beneficium ecclesiasticum assecutus, nõ vr̃ inhabilis ad impetrandū, arg. s̃. eo. cùm adeò. & ĩ. eo. si ꝓponente. Rñdent Bu. & Dom. hic, ꝙ non sequitur, non est beneficium ecclesiasticum assecutus, ergo nõ dẽt fieri mentio, qa imò dẽt mentionẽ facere ẽt alterius qualitatis, qua non expressa, sic de facili literas non habuisset. Vel posset dicere, ſm Dom. ꝙ licèt nondū sit ecclesiasticum beneficium assecutus, tamẽ ꝑ receptionem est ꝯsecutus spẽ infallibilẽ in beneficio, c. si clericus. de præb. in 6. maximè, cū hic sit statutum, ꝙ de tali qualitate mẽtionẽ faciat. Et ista oĩa latissimè ponunt hic But. & Domi. quos vide, & allegãt principalr̃ Io. An. in regula, ignorãtia. de reg. iu. ĩ 6. in Merc. vbi disputãdo ꝯcludit, ꝙ impetrans beneficium, teneatur facere mentionem de vacatura, q̃ expectat, vel de reseruatione, quæ pro eo pendet, aliter impetratio non valet. Et inter alia multū se fundat in isto tex. & intelligit ꝯclusionem in illo, qui sciebat se tale ius habere, alias ignorantia facti excusaret eū ꝑ c. gr̃a. de rescr. in 6. Istud dictū Io. An. limitat Lap. all. 89. icip. Duo ꝓlati. nisi impetratio prima fuisset facta suo noĩe, & ipse non acceptasset impetrationem, per c. si tibi absenti. de pręb. in 6. Et hoc sequitur Domi. hic.

4 DE iure ad † rẽ non sortito effectu est facienda mentio ita, vt s̃. dictū est. Adde Dom. idem tenentem in c. si motu proprio. de præb. in 6. post Io. And. & Io. de Lig. ibi ꝯ Arch. & est gl. in cle. si Romanus. in verbo, obtinet. de pręb. & ibi Imo. idem do. Car. in cle. 2. in 12. q. de off. ord. dicens literas esse obreptitias, quãdo qs dixit se nondū ecclesiasticum beneficium assecutum, & habet literas super impetratione, qcquid dicat ibi Matth. Et allegat Io. And. d. regula, ignorantia. Idem ẽt tenet Rota de renū. 12. Quidā Car. ad fi. in antiquis, quę est etiā de renun. 4. in antiquiorib. Et ſm prædicta intellige Bal. in l. si is, q. §. fi. ff. de excu. tu. dū dicit, ꝙ habens beneficiū nomine, non re, si impetrat aliud beneficiū, non tenet de primo facere mentionem, quia debet intelligi, quãdo nõ habet ius in re, nec ad rẽ, sed solùm nomẽ, ꝑ prædicta. ¶ Limita tamẽ prædicta, nisi ius ad rem esset ius fragile, & merè gratiosum, puta, ex receptione facta authoritate capituli, quia de ista non est necessaria mẽtio, vt late per Imo. post Host. Io. And. & Bu. ĩ c. relatū. in vlt. col. de pręb. qa receptio capituli censetur gratiosa, & capitulū ꝑ suam receptionem nõ põt dare ius ad vacaturam, sed est quod dā ius gratiosum, dãs facultatem agendi coram superiore, vt compellat capitulū ad præbendam conferẽdā, & ideo de tali iure nõ est necessario facienda mẽtio. Hinc est, qđ dicimus, ꝙ expectans authoritate Apostolica, pręfertur recepto authoritate capituli, c. hi, qui. & c. si postquā. de ꝑb. in 6. Cõsidera, ꝙ isti loquūtur de receptione facta de alio. de qua iste impetrãs Apostolicus non tenetur facere mẽtionẽ, rationibus prædictis. Sed nõ aperiūt quid de receptione facta ꝑ capitulū de ipso volẽte nūc impetrare, vtrùm teneatur de ipsa facere mentionẽ. & sentit, ꝙ non loquendo gñaliter. Tñ fortè est distinguẽdū ꝙ aut est receptus ad eandẽ Ecclesiā, in qua impetrat à Papa, & non sit necessaria mentio, quia per hoc Papa nõ fuisset difficilior ad cõcedendū, imò facilior. Aut ipse fuit receptus authoritate capituli in alia Ecclesia. & fortè de hoc debet fieri mentio, quia licet illa receptio ꝯferat ius fragile, qđ nõ afficit præbendā, tñ illud ius ad rẽ ẽ duplicis efficaciæ. Primò, qa põt agi corā superiore, vt compellat capitulū ad prębẽdā conferendam, vt fatentur oẽs in d. c. relatū. Secundò, qa licèt ista receptio non afficiat prębendā, & collatio facta alteri per capitulū valeat, tamẽ si capitulū spreuit illū à se receptū, tenet ei ꝓuidere de reditibus cõibus, donec ei sit de beneficio prouisum, vt singulariter voluit Inn. in c. statuimus. de maio. & obed. & ibi dixi. De quo facit festū do. Abb. ibi ĩ fi. & in c. inter cætera, ad fi. & in c. dilectus. lo 2. in vlt. no. de præb. Et iõ ꝑꝑ istos defectus vr̃, ꝙ tale ius ad rẽ sit dignū mentione, qa qua rõne taciturnitas cuiuscunque modici beneficij reddit impetrationẽ nullā, & qua rõne taceri nõ oportet ius ad rẽ, vt ẽ dictū, eadẽ rõne istud ius receptionis, quod est aptum producere aliquid emolumenti recepto in oẽm euentū, vr̃ dignū mentione. Tñ
5 ĩ hoc, tanq̃ ab alijs nõ ꝯsiderato nihil firmo. ¶ Infert † ẽt per ꝑdicta, vtrùm de beneficio alicui collato nondum per ipsum acceptato, teneatur ipse facere mentionem ĩ impetratione alterius. Nam Io. An. & Io. de Lig. dicunt ꝙ sic in c. gratia. de rescr. in 6. & refert ibi Dom. in 4. col. Pro quo faciunt prędicta, quia plus iuris habet iste in beneficio sic collato, q̃ sit ius ad rem, qđ hẽt alius in spe,
a nā statim, ꝙ iste acceptat, acqrit ĩ re a absque alia collatione, c. si tibi. de ꝑb. ĩ 6. Sed in impetrante vacaturam, & sic habente ius ad rem, requritur collatio ad hoc vt acquirat ius in re, c. fi. de cõcesſ. pręb. in 6.

a In re. *Adde Specu. eodẽ. ti. de act. seu peti. §. 4. vers. nõ exigitur.*

